







# OBSERVATIONES CRITICAE

IN

# LYSIAE ORATIONES.

SCRIPSIT

CAROLUS FOERTSCH,

PHILOSOPHIAE DOCTOR.



LIPSIAE,

IN BIBLIOPOLIO HARTMANNIANO.

1829.

PRAECEPTORIBUS OPTIMIS

CHRIST. DAN. BECKIO

IOH. DAN. SCHULZIO

IOH. THEOPH. LEHMANNO

HUNC LIBELLUM

PRO SUMMAE PIETATIS ET VENERATIONIS DOCUMENTO

ESSE VOLUIT

AUCTOR.

# L E C T O R I.

Quum mihi hoc tempore ad impetrandam veniam in inclyta Academia Halensi scholas philosophicas habendi libellus esset conscribendus, de quo publice disceptaretur: constitui mecum nonnulla eorum, quae mihi Lysiae editionem paranti in mentem venerant quaeque ibi strictim tantum attingere licebat, pluribus persequi et exponere. Quod consilium simul atque Hartmanno, librario Lipsiensi eidemque editionis redemptori, aperueram: probabat sibique gratissimum fore significabat, si editionis emptoribus item hanc dissertationem offerre sibi liceret. Permisi viro strenuo et industrio, confidens censores in diiudicando hoc libello recordaturos esse, eum in numero scriptionum academicarum, quae, ut Schaeferus in Praef. ad Melett. critt. recte dicit, τοῦ

ἐπιδεικτικοῦ εἴδους sunt, esse habendum. Itaque quod hic illic magnam exemplorum copiam congessi, non vereor ne mihi vitio vertant: praesertim quum ea fere omnia inter oratorum aliorumque scriptorum lectionem adnotata esse neminem fugere possit.

Animus quidem erat in hac praefatione ea, quae mihi nunc videntur in Commentatione critica Lysiae editioni praefixa minus recte se habere, emendare et corrigere: sed nec negotia, quae multa mihi sunt obeunda, permittunt, nec bibliopolae rationes nundinis instantibus moram ullam patiuntur. Scribeham Halis Saxonum ipsis Idibus Maiis A. MDCCCXXIX.

---

Lysiae orat. VII. De trunco oleae sacrae exciso, §. 23. ed. Bekk. p. 280. ed. Reisk.

Quum is, cui Lysias scripsit hanc orationem, accusatus esset, quod in agris truncum oleae sacrae excidisset, enumeratis iis, qui antea illos agros possederant et coluerant, evincit, multo ante, quam ipse in eorum possessionem venerit, illic neque oleam repertam esse nec truncum ullum. Deinde uberius declarat, plane improbabile esse, se perpetrasse istud facinus, quippe quod commissum neque ullum commodum sibi praebere nec latere potuisset: ac graviter et acerbe in accusatorem invehitur, quod nullos produxerit testes, sed apertissima mendacia impudenter et proterve effutiat. Si, inquit, quod dicis, verum esset, propter potentiam meam et opes neminem tibi testimonium dicere voluisse, tu profecto conspicatus me in trunco evellendo occupatum novem archontes vel alios quosdam e senatu Areopagitico in rem praesentem adducere poteras: quo facto aliis omnino non opus esset testibus. Sic enim ii ipsi, quibus caussa diiudicanda esset, te vera dicere tibi essent conscii. *Δεινότατα οὖν πάσχω, ὅς, εἰ μὲν παρέσχετο μάρτυρας, τούτοις ἂν ἠξίου πιστεύειν, ἐπειδὴ δὲ οὐκ εἰσὶν αὐτῷ, ἐμοὶ καὶ ταύτην [τὴν] ζημίαν οἴεται χρῆναι γενέσθαι. καὶ τούτου μὲν οὐ θαυμάζω· οὐ γὰρ δήπου συκοφαντῶν ἄλλα, τοιούτων γε λόγων ἀπορήσει καὶ μαρτύρων.* Posteriora verba exhibui, uti scripta leguntur in editionibus Aldi et Stephani. Consentiunt libri manu scripti, nisi quod C. et M. ἀλλὰ pro ἄλλα praebent, pro

λόγων ἀπορήσει καὶ μαρτύρων O. et marg. Aldinae Lugdun. λόγων καὶ μαρτύρων ἀπορήσει, codex Vindobonensis aut λόγων, μαρτύρων ἀπορήσει, ut Alterus testatur, aut λόγων ἀπορήσει καὶ μαρτύρων ἀπορήσει, ut ex Reiskii patet adnotatione. Hac autem lectionis diversitate locum aperte corruptum non plane in integrum restitui quivis videt. Magnam igitur operam viri docti dederunt, ut medelam, quam ei adhiberent, ingenio suo excogitarent. Quod Schotto in mentem venit, verba καὶ μαρτύρων ut spuria delenda esse, vix memoratu est dignum: nec maioris pretii est sententia Marklandi ea ironice esse accipienda statuentis. Reiskius de suo dedit οὐ γὰρ δήπου συκοφαντῶν θαμὰ (*iugiter, perpetuo calumnians*) τοιούτων γε λόγων ἀπορήσει, εἰ καὶ μαρτύρων ἀπορήσει, saltem aliquid veri videns. Augerus eum secutus est, pro θαμά autem τηνάλλως substituit. Iacobsius in Additamentis animadversionum in Athenaei Deipnosoph. p. 180 sq. hanc proposuit emendationem non minus audacem: οὐ γὰρ δήπου συκοφαντῶν πολλὰ τοιούτων γε λόγων ἀπορήσει, ἀπορήσας μαρτύρων: qua longe facilior et speciosior est Bekkeri coniectura οὐ γ. δ. συκοφ. ἅμα τοιούτων τε λόγων ἀπορήσει καὶ μαρτύρων. Nollem tamen sic edidisset vir egregius: quanquam Bremius ei obsequi non dubitavit. Etenim minori etiam mutatione vera Lysiae manus videtur mihi restitui posse. Scribamus modo pro ἅλλα „ἀλλά“ ac duas ultimas verbi ἀπορήσει litteras (ει) iteremus. Sic habebimus haecce: οὐ γὰρ δήπου συκοφαντῶν ἀλλὰ τοιούτων γε λόγων ἀπορήσει, εἰ καὶ μαρτύρων. Sententia oratoris plana erit, si verba sic construxeris: συκοφαντῶν γὰρ εἰ καὶ μαρτύρων, ἀλλὰ τοιούτων γε λόγων οὐ δήπου ἀπορήσει, i. e. calumnians enim etiamsi testibus careat, at certe eiusmodi dictis non carebit, sive, ut etiam ad praegressa respiciam verba: iniquissima ego patior; si enim iste testes

protulisset, iis ut fides haberetur poposcisset: quum vero iis careat, mihi hoc fraudi esse debere arbitratur. Id ego tamen non miror. Quum enim sit calumniator, etiamsi a testibus destitutus sit, tamen eiusmodi saltem verba ei suppetent, qualia ante memoravi. Verborum collocatione non vereor ne quis offendatur: cf. modo Isaei orat. de Philoctem. heredit. §. 54. Bk. Porro particulas ἀλλὰ — γέ vocabulo aliquo interposito limitandi vim habere sive μειωτικῶς, ut Grammatici loquuntur, usurpari inter omnes constat. Modo antecedunt vel sequuntur particulae εἰ, εἰ καί, εἰ καὶ μή, modo omissae et ex reliqua oratione sunt repetendae. Cf. Demosth. in Dionysod. p. 1286. R. §. 12. Bk. ἐπειδὴ δ᾽ οὐδὲν ἐπεραίνομεν ὑπὲρ τῆς συγγραφῆς καὶ τῶν δικαίων διαλεγόμενοι, ἀλλὰ τό γε δάνειον — ἠξιοῦμεν ἀπολαβεῖν. In Androt. p. 610. R. §. 57. Bk. καίτοι εἴ τισιν ἄρα δοκοῦσιν ἐπιτήδειαι ἐκεῖναι παθεῖν, ἀλλὰ τὸ πρᾶγμά γε οὐκ ἐπιτήδειον γίγνεσθαι. Xenoph. Cyrop. VIII, 6, 18. coll. I, 3, 6. Plat. Gorg. p. 470. D. Menon. p. 86. E. εἰ μή τι οὖν, ἀλλὰ σμικρόν γέ μοι τῆς ἀρχῆς χάλασον. Isocrat. Archid. §. 62. et 63. Demosth. de republ. ordin. §. 26. σκέψασθε δέ, ἃ τις κεφάλαια ἂν ἔχοι εἰπεῖν περὶ τῶν τε ἐκείνοις πεπραγμένων καὶ τῶν ὑμῖν, ἂν ἄρ᾽ ὑμῶν αὐτῶν ἀλλ᾽ ἐκ τούτων γε δύνησθε γενέσθαι κρείττους. III Olynth. §. 33. ἐὰν οὖν ἀλλὰ νῦν γ᾽ ἔτι — Andoc. de red. §. 26. εἴπερ τι ἀλλὰ νῦν γε φρονῶν τυγχάνω. Aesch. in Timarch. §. 53. Bk. Lucian. Dial. Marin. II, 4. (ubi v. Lehm. adnot.) In aliis locis praeter γέ particula οὖν ad ἀλλά posita reperitur: ut Demosth. pro Megalop. p. 210. R. §. 31. Bk. ἐὰν δὲ ἀνενέγκωσιν ἄρα οἱ Θηβαῖοι καὶ σωθῶσιν, ἀλλ᾽ οὖν ἀσθενέστεροί γε ἔσονται. Isocr. Busir. §. 6. et 28. De permutat. §. 314. Schaef. Appar. Crit. ad Demosth. T. IV. p. 164. Elmsl. ad Eur. Med. v. 1375. Stallb. ad Plat.

Gorg. l. l. Saepe sola particula ἀλλά eandem habet vim. Demosth. adv. Onetor. I. §. 14. ὥσϑ' ὑμῖν γενέσϑαι φανερὸν ὅτι, κἂν εἰ μὴ ἐπὶ τούτοις, ἀλλ' ἐπὶ τῷ διὰ ταχέων ἀποδοῦναι τἀργύριον εἶχον, οὐκ ἄν ποτ' ἀπέδοσαν. Plat. Alcib. II. p. 18. D. εἰ δ' ἄρα καὶ ξυμβέβηκεν αὐτοῖς ὥστε μὴ πάντα εὐτυχεῖν, ἀλλ' οὐ διὰ τὴν ἐκείνων εὐχήν. Xenoph. Anab. VII, 1, 31. εἰ δὲ μὴ — ἀλλὰ δηλώσοντες ὑμῖν --. Cf. Sluit. lectt. Andocc. p. 274. Elmsl. ad Med. v. 912. Demosth. de cor. p. 292. R. §. 191. Bk. ἐπειδὴ δ' οὐ τότε, ἀλλὰ νῦν δεῖξον. Itaque minime necesse est Lys. orat. in Theomn. I. §. 15. βούλομαι οὖν αὐτὸν καὶ ἐξ ἑτέρων νόμων περὶ τούτων διδάξαι, ἄν πως ἀλλὰ νῦν ἐπὶ τοῦ βήματος παιδευϑῇ —. cum Reiskio, quem secuti sunt Bekk. et Brem., γ' post νῦν addatur: v. Bremii adn. ad h. l. Atque ego quoque, qui γ' uncis inclusi, melius egissem, si plane induxissem. Sunt vero etiam loci, ubi nec γέ reperitur nec ἀλλὰ — γέ, quamquam verborum nexus alterutrum requirit.' Lys. in Nicomach. §. 18. οἱ τοίνυν πρόγονοι — εὐδαιμονεστάτην τῶν Ἑλληνίδων τὴν πόλιν παρέδοσαν, ὥστ' ἄξιον ἡμῖν τὰς αὐτὰς ἐκείνοις ϑυσίας ποιεῖσϑαι καὶ εἰ μηδὲν δι' ἄλλο, τῆς τύχης ἕνεκα τῆς ἐξ ἐκείνων τῶν ἱερῶν γεγενημένης. Hoc loco Sluiterus l. l. ἀλλ' οὖν τῆς τύχης ἕνεκα vel saltem τῆς γε τύχης ἕνεκα scribendum esse censet: et Demosthenes in orat. adv. Leptin. §. 110. Bk., quem locum Lysiaco similem laudare poterat Sluiterus, εἰ γὰρ καὶ κατὰ τὸν λογισμὸν κ. τ. λ., revera γέ addidit, τῆς γε τύχης ἕνεκα dicens. Nihilominus tamen facile oratio tali additamento carere potest, dummodo vocem intendas in pronunciandis verbis τῆς τύχης ἕνεκα.

Pergit exinde Orator demonstrare, se omni culpa vacare: ac postquam vitae suae rationem iudicibus in memoriam revocavit, addit, inde quoque accusatorem mentiri apparere, quod iste, cum ei servi, ut de iis in dominum quaereretur, offerrentur, hanc conditio-

nem sit adspernatus. Atqui, inquit, manifestum esse puto, si Nicomacho servos postulanti non tradidissem, futurum fuisse ut viderer sceleris mihi esse conscius. Quum igitur me dedente servos accipere noluerit, aequum est idem iudicari de illo, praesertim cum non idem sit utrique periculum. (§. 37. Bk. p. 289. R.) *περὶ ἐμοῦ μὲν γὰρ εἰ ἔλεγον, οὐδ᾽ ἂν ἀπολογήσασθαί μοι ἐξεγένετο· τούτῳ δ᾽ εἰ μὴ ὡμολόγουν ἃ οὗτος ἐβούλετο, οὐδεμιᾷ ζημίᾳ ἔνοχος ἦν.* Verba *ἃ οὗτος ἐβούλετο* Bekkero, superiora illa *περὶ ἐμοῦ εἰ ἔλεγον* haud dubie obscuriora putanti, post *ἔλεγον* visa sunt transponenda esse. Quae transpositio primo quidem adspectu satis placet: inita autem subductaque ratione eam patet minime necessariam recteque a Bremio esse reiectam. Quomodo enim illa *περὶ ἐμοῦ ἔλεγον* accipienda sint, ex toto sententiarum nexu tam fit perspicuum, ut lector vel auditor quodammodo saltem attentus ne tantisper quidem dubius haerere possit. Non male addit Bremius: „*τούτῳ* praeposito, quum referatur ad *ὡμολόγουν*, vocabula *ἃ οὗτος ἐβούλετο* non quidem necessaria sunt, sed subiectum ad apodosin *οὐδεμιᾷ ζημίᾳ ἔνοχος ἦν* apte in memoria servant." De *οὗτος* pronomine h. l. pro *αὐτός* posito vide quae infra disseremus.

Hac occasione oblata non possum quin de loco quodam corrupto, qui in libro quarto Ciceronis Disputationum Tusculanarum reperitur, nonnulla adiiciam. Postquam Cicero ibi c. 6. perturbationis definitionem proposuit et quattuor perturbationum genera recensuit et explanavit, a capite septimo enumerat et explicat species singularum illarum perturbationum. Hac in re versans dicit c. IX. §. 21. „Quae autem libidini subiecta sunt, ea sic definiunt, ut ira sit libido poeniendi eius, qui videatur laesisse iniuria: excandescentia autem sit ira nascens et modo exsistens, quae *θύμωσις* graece dicitur: odium, ira inveterata: inimicitia,

ira ulciscendi tempus observans: discordia, ira acerbior intimo odio et corde concepta." Bentleius, „quid, sodes, inquit, est intimum odium? Siccine ut Cicero locutus sit? Gebhardus cum suis hoc facile fortasse concoxerit vel caute dissimulaverit: at Lambinus honesti interpretis functus est munere nec coniecturam suam tacuit *intimo animo.*" Adiungit deinde se vix dubitare quin Cicero aut sic, ut Lambinus voluit, aut *intimo pectore* scripserit: illud *odio* enim longe odiosissimum esse. Probo quod negat vir acutissimus Ciceronem dixisse *intimo odio:* nec vero probaverim illas coniecturas, quas commendat, quum nimis longe a scriptura librorum manu scriptorum (*odio*; unus tantum codex *ore* exhibere dicitur) recedant. Davisius Lambini emendationem recepit; F. A. Wolfius, quem ducem secutus est novissimus editor Kühner, verba *odio et* ut insiticia uncinis inclusit; Schützius V. C. plane delevit; cautius Orellius illa verba intacta reliquit, quanquam fassus est sibi corrupta videri. Meam sententiam ut nunc proferam, locum quidem non sanum esse concedo, sanari autem posse arbitror nulla littera aut immutata aut sublata: modo enim illa duo vocabula *odio et* ante *intimo*, quod praecedit, transponas, optime se omnia hic habebunt. Scripsit igitur Philosophus noster: *discordia* ira acerbior odio (i. e. quam odium) et intimo corde concepta. *Odium* enim quum sit ira inveterata ideoque eius notio propius accedat ad eam, quae inest in voce *discordiae*, Ciceroni discordiam definienti visum est eam inprimis ab odio distinguere: itaque dicit eo utramque differre perturbationem, quod in discordia (*Groll*) maior sit acerbitas quam in odio (*Hass*): et ad etymon respiciens adiicit illam esse iram intimo corde conceptam.

Orat. IX. Pro milite emerito. §. 2. Bk. p. 318. R.

Miles quidam emeritus, qui ob privatas inimicitias iterum militiae erat adscriptus, quum hoc aegre ferens indignationem verbis paullo liberioribus declarasset: ab inimicis accusatus est, quod magistratum conviciis proscidisset. Hac se defendens oratione primum graviter queritur de adversariis, mores ipsius et instituta in invidiam adducere studentibus multaque a caussa aliena proferentibus. *Ὅτι μὲν οὖν*, inquit §. 2., *οὐκ ἐμοῦ καταφρονήσαντες, ἀλλὰ τοῦ πράγματος τοὺς λόγους ποιοῦνται, σαφῶς ἐπίσταμαι· εἰ μέντοι ὑμᾶς οἴονται δι' εὔνοιαν ὑπὸ τῶν διαβολῶν πεισθέντας καταψηφιεῖσθαί μου, οὐκ ἂν θαυμάσαιμι.* Sensus horum verborum nullus alius potest esse quam hic: „Adversarios non me, sed caussam contemnentes verba facere certo scio: si vero vos putant propter benevolentiam calumniis ipsorum adductos me condemnaturos esse, non mirer.“ Sed Marklandus, *demens*, inquit, *esset reus, qui coram iudicibus suis-ita loqueretur.* Suadet igitur, ut legatur *τοῦτ' ἂν θαυμάσαιμι.* Contra Reiskius contendit tali oratione iudicum dignitati nihil derogari idque interpretatione aptiori demonstrare studet. Interpretatur vero verba ita, ac si scriptum legatur, quod ipse paullo ante pro *δι' εὔνοιαν* proposuit, *δι' ἄνοιαν* *). Neque igitur bene refutavit Marklandum, librorum scri-

*) Fr. Iacobsius in Add. animadvv. in Athen. p. 134.: „In Lys. Orat. de Milite p. 161. 4. — — amplectenda fortasse emendatio Reiskii *δι' ἄνοιαν*; nisi ille *εὐήθειαν* scripsit, quod nec ipsum a vulgata multum abest, si quanta sit litterarum *ν* et *η* similitudo reputes. Est autem *ἡ εὐήθεια* simplex quaedam facilitas, quae sibi quidquid persuaderi patitur, docente Wesselingio ad Herodot. p. 269. Ruhnk. ad Tim. p. 132. etc.“

pturam δι' εὖν. secutum. Augerus Reiskii coniecturam in ordinem verborum recepit: eamque etiam Bekkero quodammodo probatam esse patet inde, quod in Addendis commemoravit. Ego tamen, quamvis haec mutatio sit exigua, eam non necessariam duco, sed arbitror ad locum restituendum hoc tantum fieri debere, ut punctum post θαυμάσαιμι cum signo interrogationis commutetur. Tum Orator hoc dicit: si tamen vos opinantur propter benevolentiam ipsorum calumniis inductos me esse condemnaturos, nonne mirer? Plat. Lys. p. 215. A. οὐχ ὁ ἀγαθὸς, καθόσον ἀγαθὸς, κατὰ τοσοῦτον ἱκανὸς ἂν εἴη αὑτῷ; etc.

Sub finem orationis ad misericordiam commovendam describit miseram conditionem, in qua, si iniuste ab iudicibus condemnaretur, sibi foret versandum: (§. 21. Bk. p. 338. R.) τίνι γὰρ ἐπαρθέντα ἐλπίδι δεῖ με συμπολιτεύεσθαι, ἢ τί με χρὴ διανοηθέντα, εἰδότα μὲν τῶν ἀντιδίκων τὴν προθυμίαν, ἀποροῦντα δ' ὅθεν χρὴ τῶν δικαίων τινὸς τυχεῖν; Participium διανοηθέντα offensioni fuit interpretibus adeo, ut coniecturis hunc locum lacesserent. Marklandus διανοηθῆναι pro διανοηθέντα legi maluit, Reiskius contendit aut in μὲ χρὴ latere μέτριον aut istis servatis addendum esse μεῖναι vel ἐπιτηδεύειν. Minime vero: immo antecedens verbum συμπολιτεύεσθαι, uti rectius Schottus (cuius consulas interpretationem latinam) et Augerus statuerunt, cogitando repetendum est ad verba τί με χρὴ διανοηθέντα. „Qua spe praedito aut quid cogitanti mihi hic vivendum erit, quum videam adversariorum studium mihi noxam inferendi, ignorem autem, unde eorum, quae ius flagitat, aliquid obtineam?“ Si orator verba μὲ χρὴ omisisset, nemo, opinor, hoc in loco offendisset. Ne quis autem ea eiicienda esse sibi persuadeat, moneo Lysiam nostrum saepe, ubi notionem aliquam semel verbo aliquo expressisse suffecisset, eam nihilominus deinde alio modo

proloqui. Cf. orat. XII, 44.*) καὶ ὅ τι δέοι χειροτονεῖσθαι καὶ οὕστινας χρείη ἄρχειν παρήγγελλον. X, 6. τὸν γὰρ νόμον οὐ ταῦτ' ἀπαγορεύειν, ἀλλ' ἀνδροφόνον οὐκ ἐᾶν λέγειν. XVI, 13. ἐπειδὴ πάντας ἑώρων τοῖς μὲν ἱππεύουσιν ἀσφάλειαν εἶναι δεῖν νομίζοντας, τοῖς δ' ὁπλίταις κίνδυνον ἡγουμένους. (Xenoph. Memorab. IV, 6, 12. Andocid. orat. IV. In Alcibiad. §. 4. τῶν μὲν γὰρ ἰδίων ἀδικημάτων μεγάλην τιμωρίαν ταύτην νομίζω, τῶν δὲ δημοσίων μικρὰν καὶ οὐδενὸς ἀξίαν ἡγοῦμαι ζημίαν **). XXIII, 7. καὶ οἱ μὲν ἄλλοι οὐκ ἔφασαν γιγνώσκειν, εἷς δέ τις εἶπεν ὅτι τῶν μὲν πολιτῶν οὐδενὶ εἰδείη τοῦτο ὂν τὸ ὄνομα, δοῦλον μέντοι ἔφη ἑαυτοῦ ἀφεστῶτα εἶναι Παγκλέωνα —: ubi verbum ἔφη salvo sensu omitti poterat. XXXII, 25. ὅτε μὲν ἀπέστελλεν, ἔλεγε πρὸς τὴν μητέρα αὐτῶν ὅτι τῶν παίδων ὁ κίνδυνος εἴη, ἐπεὶ δὲ ἐσώθη καὶ ἐδιπλασίασεν, αὑτοῦ τὴν ἐμπορίαν ἔφασκεν εἶναι. (Aeschin. adv. Ctesiphont. §. 204. Bk. p. 593. R. ταῦτα

---

*) Bekkerum sequimur, ubi non nominatim aliam laudamus editionem. Numerus romanus tum indicat orationem, arabicus paragraphum.

**) Haec Andocidis verba excipiuntur hisce (§. 5.): ἔτι δ' εἴ τις διὰ τοῦτο μεθίσταται, ὅτι πολίτης ἐστὶν, οὗτος οὐδ' ἀπελθὼν ἐνθένδε παύσεται, ἀλλ' ὅπου ἂν οἰκῇ, ταύτην τὴν πόλιν διαφθερεῖ κ. τ. λ. Vitio hunc locum laborare satis est apertum. Reiskius igitur suasit, ut adderetur post πολίτης adiectivum κακός. Mihi in mentem venit scribendum esse: ὅτι πολίτης ἐστὶ τοιοῦτος, οὗτος —. „Praeterea si quis propterea hin migrare iubetur, quod civis est talis (*qui culpa tenetur* δημοσίων ἀδικημάτων), is ne egressus quidem hinc peccare desinet, sed, quoquo se contulerit, etiam illam civitatem corrumpet." Iam ad verba praegressa ἐξὸν κολάζειν χρήμασι cogitatione addere debemus τὸν αἴτιον τοιούτων ἀδικημάτων: quare τοιοῦτος πολίτης si deinde ab oratore dicitur, eo minus mirum esse potest.

δ' εἰπὼν μικρὰ μὲν περὶ τῶν ἰδίων εἶπον, τὰ δὲ πλεῖστα περὶ τῶν δημοσίων ἀδικημάτων λέγω. *) — Hinc explicatio petenda videtur eorum, quae leguntur in Orat. XXXII, 6. ἐπέσκηψε δέ, ἐάν τι πάθη, τάλαντον μὲν ἐπιδοῦναι τῇ γυναικὶ καὶ τὰ ἐν τῷ δωματίῳ δοῦναι. **) Marklando vel alter ex infinitivis delendus videbatur vel sedes eorum mutandae esse: „ἐπιδοῦναι enim, inquit, accessionem denotat, *insuper dare.*"

*) Hac in enunciatione magnas excitavit turbas verbum λέγω: quod viris doctis propter praegressum εἶπον nec necessarium visum est neque in eo, quod hic flagitatur, tempore positum. Marklandus, ut penitus deleatur, est auctor, idemque etiam nonnullis librariis placuit. Reiskius distinguendum censet ita: τὰ δὲ περὶ τῶν δημοσίων, ἀδικημάτων λέγω (*de publicis, iniuriis inquam*): quam rationem iure meritoque miram dicit Bremius, ipse praeeunte Orellio verba sic interpretans: de publicis potissimum iniuriis verba facio (in hac ipsa oratione). Verum vidit vir doctissimus, si modo recte intelligo eius sententiam. Etenim tempore praesenti λέγω hic usus est orator pro imperf. vel aoristo, ἔλεγον vel ἔλεξα. Saepissime Graecos in narrationibus a tempore praeterito ad praesens vel a praesenti ad praeteritum transire nemo ignorat. Cf. tamen Isaei or. de Menecl. hered. §. 12. καὶ ὁ Μενεκλῆς καλῶς ἔφη αὐτὸν λέγειν καὶ ἐκ τοῦ τρόπου τούτου ποιεῖταί με. Lys. XII, 8. καὶ ἐμὲ μὲν ξένους ἑστιῶντα κατέλαβον, οὓς ἐξελάσαντες Πείσωνί με παραδιδόασιν. ib. §. 10. Or. XIII, 8. - - Κλεοφῶν τε - ἀντεῖπεν - -. μετὰ δὲ ταῦτα Θηραμένης - ἀναστὰς λέγει. Ibid. §. 5. ἀφικνοῦνται - ἐγίγνοντο. et §. 21. μηνύει, postmodo ἔφη. Or. funebr. §. 59. ἐνίκησαν μὲν - ἔπλευσαν δ' εἰς τὴν Εὐρώπην, δουλεύουσι δὲ πόλεις τῶν Ἑλλήνων, ubi Augerus Taylori monitu ἐδούλευον dedit. XXXII, 7. ἔκρυπτε - λαμβάνει. Demosth. XXXIII. 9. etc.

**) Cum hoc loco apte comparari possunt, quae apud Isaeum leguntur in Orat. de Menecl. heredit. §. 9. Bk. καὶ ὁ Μενεκλῆς τήν τε προῖκα ἐπιδίδωσιν αὐτῇ, μετασχὼν τοῦ οἴκου τῆς μισθώσεως τῶν παίδων τῶν Νικίου, καὶ τὰ ἱμάτια, ἃ ἦλθεν ἔχουσα παρ' ἐκεῖνον, καὶ τὰ χρυσίδια, ἃ ἦν, δίδωσιν αὐτῇ.

Haec sane prima est huius verbi significatio: praeterea autem saepe usurpatur de dote, quae nubentibus datur. Vid. Hesych. sub. v. ἐπίδοσις. Isae. de Menecl. heredit. §. 3. 5. et 9. Lys. XIX, 15. Nec aliter hoc loco verbum accipiendum esse apparet ex §pho 8. — τὴν δὲ μητέρα αὐτῶν ἐκδίδωσιν ἐπιδοὺς πεντακισχιλίας δραχμάς, χιλίαις ἔλαττον ὧν ὁ ἀνὴρ αὐτῆς ἔδωκεν. Ut autem illic orator de eadem re prius verbo composito, dein simplici est usus: ita hic, ex more verbo ante usurpato posthac aliud substituens eiusdem fere potestatis, antea ἐπιδοῦναι, postea δοῦναι dicit. Ad haec tenendum est, Graecos, ubi verbum cum praepositione compositum repetendum est, saepe simplex verbum altero loco ponere: cf. Plat. Phaed. p. 59. B. οὗτός τε δὴ ὁ Ἀπολλόδωρος τῶν ἐπιχωρίων παρῆν καὶ Κριτόβουλος - - ἦν δὲ καὶ Κτήσιππος .., ubi Heindorfius παρῆν pro ἦν requirens merito notatus est a Stallbaumio. Sed ut redeamus ad Lysiae usum loquendi, quem exemplis illustrare institueramus, porro non inepte huc referri queunt huiusmodi quoque loci: Or. XXIV, 15. ἐγὼ δ' ὑμᾶς, ὦ βουλή, σαφῶς οἶμαι δεῖν διαγινώσκειν οἷς τ' ἐγχωρεῖ τῶν ἀνθρώπων ὑβρισταῖς εἶναι καὶ οἷς οὐ προσήκει: ubi προσήκει, quanquam non plane idem significat quod ἐγχωρεῖ, tamen cum nullo perspicuitatis damno abesse posset. coll. §. 18. Or. XII, 48. ἐχρῆν ἂν μηνυτὴν γίγνεσθαι - ὅτι - - Βάτραχος καὶ Αἰσχυλίδης οὐ τἀληθῆ μηνύουσιν, ἀλλὰ τὰ ὑπὸ τῶν τριάκοντα πλασθέντα εἰσαγγέλλουσι. XXV, 22. ταῦτα γὰρ τοῖς θεοῖς εὔχεσθε, ἅπερ ἐκείνους ἑωρᾶτε ποιοῦντας, ἡγούμενοι διὰ τὴν τῶν τριάκοντα πονηρίαν πολὺ μᾶλλον σωθήσεσθαι ἢ διὰ τὴν τῶν φευγόντων δύναμιν κατιέναι. Plerumque rhetoricis ductum rationibus Lysiam sic locutum esse, neminem fugiet. Quanto numerosior est oratio in illo loco XXIV, 15. verbo προσήκει adiecto, quam omisso! — Cf. etiam Commentat crit. de locis nonnullis Lys. et Demosth. p. 28. sq.

Ceterum verba loci, unde oratio profecta est, *ἀποροῦντα δ' ὅθεν χρὴ τῶν δικαίων τινὸς τυχεῖν* non plane accurate vulgo vertuntur: q u u m  i g n o r e m,  q u o  p a c t o  i u s  m e u m  o b t i n e a m. Immo proprie significant: quum ignorem, unde me oporteat aliquid eorum, quae aequitas postulat, obtinere, i. e. quum nesciam, ad quos confugiam iudices, ut per eos, uti necesse est, ius meum aliqua certe ex parte obtineam. Sed est haec res sane levis et pusilla: quam alto silentio transmisissem, nisi hac occasione uti vellem ad verbum *τυγχάνειν* hic in locutione *τῶν δικαίων τυγχ.* usurpatum in loco quodam Sophoclis, ubi librariorum socordia et negligentia oblitteratum videtur, in pristinum ius restituendum. Est ille locus in Oedip. Reg. v. 1018. ed. Herm. v. 1025. vulg. Colloquitur ibi Oedipus cum viro Corinthio, qui Thebas missus erat, ut Oedipum de morte Polybi, cui illum ut filium in imperio successurum esse probabile erat, edoceret. Hic nuncius postquam ab Oedipo audivit, ipsum, ne forte Apollinis oraculum etiamnunc exitum habeat, nunquam Corinthum se collaturum esse, hunc metum omnino vanum esse dicit, quum Polybus nullo modo cum eo sit coniunctus. Oedipo mıranti quaerentique, numquid non sit genitus a Polybo, respondet; n e q u e  i l l e  t e  g e n u i t  n e q u e  e g o;  s e d  a c c e p i t  t e  d o n o  e x  m e i s  m a n i b u s. Tum Oedipus: *σὺ δ' ἐμπολήσας ἢ τεκών μ' αὐτῷ δίδως;* Permira est altera pars quaestionis *ἢ τεκών.* Modo enim nuncius aperte se negaverat parentem esse Oedipi. „*Sed videtur*, inquit Hermannus, praeceptor de me meritissimus, *hoc ita explicandum esse, ut putemus Oedipum non ad verba nuncii*, *sed ad mentem attendisse.*" At nonne decebat Oedipum in tali conditione, in quali hic versans conspicitur, ubi sese de origine sua certiorem factum iri videt, ad quodvis nuncii verbum attendere? Nonne in iis, quae se-

quuntur, talis a poeta proponitur? Porro si nuncius nullo alio modo quam istis verbis *οὐ μᾶλλον οὐδὲν τοῦδε τἀνδρὸς* hanc sententiam, nec se nec Polybum procreasse Oedipum, prolocutus fuisset, profecto paullo facilius fieri poterat, ut rex ex his dictis posthac hoc tantummodo, non Polybum suum esse patrem, in memoria tenens ex nuncio quaereret - - *ἢ τεκών*; Sed quum nuncius v. 1013. apertissime dixerit: *ἀλλ᾽ οὔ σ᾽ ἐγείνατ᾽ οὔτ᾽ ἐκεῖνος οὔτ᾽ ἐγώ*: istiusmodi quaestio nihil habet excusationis. Neque igitur persuadere mihi possum a Sophocle esse sic scriptum, ut nunc in libris legitur. Quo autem modo scripserit, non difficile est inventu. Si enim nuncius ipse non est Oedipi parens, ab eo tamen Polybus Oedipum accepit, aliunde eum oportuit accepisse. Hoc autem duabus fieri poterat rationibus, aut consilio, opera dedita, aut forte fortuito. Illud significatur verbo *ἐμπολήσας*, hoc qua voce potest melius indicari quam verbo *τυγχάνειν*? Lege igitur mecum *σὺ δ᾽ ἐμπολήσας ἢ τυχών μ᾽ αὐτῷ δίδως*; Verbum *τυγχάνειν* itidem usurpatum reperies v. 1032. (1039.) *ἠ γὰρ παρ᾽ ἄλλου μ᾽ ἔλαβες, οὐδ᾽ αὐτὸς τυχών*; unde non exiguam habet commendationem emendatio nostra. Aptissime iam respondet nuncius: *εὑρὼν ναπαίαις ἐν Κιθαιρῶνος πτυχαῖς*.

Orat. X. In Theomnest. I. §. 11. Bk. p. 350. R.

Theomnestus a Lysitheo quodam armorum abiectorum accusatus in oratione, qua hoc crimen diluere conatus erat, ei, cui Lysias hanc orationem conscripsit, exprobraverat, quod patrem interemisset. Iccirco ille hanc instituit contra eum actionem. Ac primum quidem breviter ostendit patrem a se non esse occisum. Tum pluribus refellit adversarium, qui quidem ista verba se protulisse confitebatur, sed contendebat sese iis utentem nihil *τῶν ἀπορρήτων* dixisse: lege enim quum cautum esset, ne quis alterum *ἀνδροφόνον* diceret,

ipse autem ἀπεκτονέναι τὸν πατέρα dixisset, κακηγορίας se minime reum esse. Quod quam absurde et fatue dictum esset ubi exemplis nonnullis orator declaravit, §. 11. in hanc sententiam loquitur: Hic homo, qua est socordia et segnitie, ne in Areopagum quidem unquam ascendit. πάντες γὰρ ἐπίστασθε ὅτι ἐν ἐκείνῳ τῷ χωρίῳ, ὅταν τὰς τοῦ φόνου δίκας δικάζωνται, οὐ διὰ τούτου τοῦ ὀνόματος τὰς διωμοσίας ποιοῦνται, ἀλλὰ δι' οὗπερ ἐγὼ κακῶς ἀκήκοα· ὁ μὲν γὰρ διώκων ὡς ἔκτεινε διόμνυται, ὁ δὲ φεύγων ὡς οὐκ ἔκτεινεν. οὐκοῦν ἄτοπον ἂν εἴη τὸν δείξαντα κτεῖναι φάσκοντα ἀνδροφόνον εἶναι, ὅτι ὁ διώκων, ὡς ἔκτεινε, τὸν φεύγοντα διωμόσατο. Schottus, *locus mire corruptus*, inquit, *verba τὸν φεύγοντα expungenda fortasse.* Emendatio Schotto digna! Nihilo meliores sunt coniecturae Taylori et Marklandi: quas satius duco silentio praetermittere. Eo melius de hoc loco meritus est Reiskius vir ille ingeniosissimus. Praeclare vidit pro δείξαντα reponendum esse δόξαντα: nec dubitavi sic edere, praeeuntibus Augero, Bekkero, Bremio. Minus probo quod hi viri Reiskium eatenus quoque secuti sunt, quod ἀποφεύγειν post κτεῖναι addiderunt. Bekkerus et Bremius maiorem quidem adhibuerunt cautionem uncis verbum illud sepientes, quam Reiskius ipse et Augerus, qui idem facere non necesse habuerunt. Neque enim facile intelligitur, quî fieri potuerit, ut hoc verbum ab omnibus librariis omitteretur. Quapropter magis fortasse probabitur quod meo animo occurrit. Puto autem aut verbum ἀφεῖναι a consimili κτεῖναι absorptum post hoc inserendum aut κτεῖναι in ἀφεῖναι immutandum esse. Hanc qui sequetur rationem, ex verbis praecedentibus ὁ γὰρ διώκων ὡς ἔκτεινε διόμνυται, ὁ δὲ φεύγων ὡς οὐκ ἔκτεινεν ad δόξαντα mente repetere debebit infinitivum κτεῖναι. „A b s o n u m  f u e r i t  e u m,  q u i  i n t e r f e c i s s e  v i s u s  f u e r i t,  c u m  i p s e  s e  h o m i c i d a m  e s s e  c o n f i t e a t u r,  t a m e n  a b s o l v e r e

propterea, quod Actor in iuramento asseveraverit reum *interfecisse.*" Quod in editione ad h. l. dixi priorem rationem ob cacophoniam κτεῖναι ἀφεῖναι minus probabilem esse, retracto: animadverti enim talia Graecorum alioqnin perquam teretes aures non fastidivisse. Cf. Andocid. de Myster. §. 23. τολμῆσαι κατηγορῆσαι. Isae. de Pyrrh. hered. §. 4. μαρτυρῆσαι ἐγγυῆσαι. (Isae. de Astyph. hered. §. 18. ἐθελῆσαι μαρτυρῆσαι.) Demosth. de fals. legat. §. 115. κρίνεσθαι βούλεσθαι. Demosth. or. LIV, 8. φθέγξασθαι δύνασθαι. ibid. XIV, 11. ἀμύνασθαι δύνασθαι. (Isocrat. V, 18. δύνασθαι βουλεύεσθαι. Xenoph. de rep. Laced. 4, 7. ib. 5, 7. σφάλλεσθαι· ἐπιμελεῖσθαι. Lys. in Agor. §. 77. ἐπιμελεῖσθαι στρατεύεσθαι.) Soph. Oed. R. v. 988. ed. Herm. χρῆναι μιγῆναι. Plat. Lys. p. 213. E. χρῆναι ἰέναι. Isae. de Menecl. hered. §. 18. χρῆναι γῆμαι. Lys. orat. VIII, 12. λέγειν ἀποτρέπειν. XIII, 88. μέλλειν λέγειν. Demosth. XIV, 9. εἰπεῖν ἔχειν. Plat. Charm. p. 165. D. ἔχειν εἰπεῖν. Plat. Lys. p. 205. B. ἔχειν λέγειν. Lysiae or. XIII, 42. κελεύειν τιμωρεῖν. XVI, 10. ὁμολογεῖν ἔχειν. X, 9. ζητεῖν πείθειν. Dem. Mid. §. 179. ἐξείργειν εἰπεῖν. Andoc. IV, 1. προκινδυνεύειν ἐθέλειν. Isocr. Antid. §. 18. δοκεῖν ἀδικεῖν. Isae. de Ciron. hered. §. 26. κωλύειν συνθάπτειν. Lucian. Necyom. p. 462. R. ἀντιλέγειν ἔχειν. Parthen. c. VII. p. 9. ἀντιλέγειν κινδυνεύειν, v. Passow. ad h. l. p. 56. Andoc. de Myst. §. 22. ἐθέλειν ἐλέγχειν. Demosth. VIII, 4. ἄγειν συμβουλεύειν. etc.

In eiusdem orationis §pho 21. Bk. p. 364. sq. R. verba leguntur haecce: δηλώσει δέ· οἰχήσεται γὰρ ἀπιὼν ἀπὸ τοῦ βήματος σιωπῇ. εἰ δὲ μή, δέομαι ὑμῶν, ὦ ἄνδρες δικασταί, τὰ δίκαια ψηφίσασθαι, ἐνθυμουμένους ὅτι πολὺ μεῖζον κακόν ἐστιν ἀκούσαντα τὸν πατέρα ἀπεκτονέναι ἢ τὴν ἀσπίδα ἀποβεβληκέναι. Verba ἀπεκτονέναι ἢ τὴν ἀσπίδα absunt ab Aldina et Stephani editione. Addenda ea esse primus vidit Contius: posthac in schedis Brulart.

et codice Laurentiano C. sunt reperta. Bekkerus uncis circumdedit: quibus tamen recte liberavit Bremius: sunt enim et plane necessaria et auctoritate communiuntur codicis optimi. Quanquam repositis his verbis nondum persanatus est locus: quid enim sibi vult participium ἀκούσαντα? Bremius silet. Marklandus proponit ἀκοῦσαι τό. Reiskius „constat, inquit, hic aliquid deesse, quod quid sit, facile sententia ipsa subiicit: aut hoc modo: ἀκούσαντα τὸν πατέρα ἀπεκτονέναι ἀπιέναι καταγνωσθέντα ἢ τὴν ἀσπίδα ἀποβεβληκέναι: aut etiam sic: ἀκούσαντα τὸν πατέρα ἀπεκτονέναι μὴ δύνασθαι τιμωρεῖσθαι τὸν εἰπόντα ἢ ἀκούσαντα τὴν ἀσπίδα ἀποβεβληκέναι." Sed tantis non opus esse videtur moliminibus: fortasse iam sufficiet ἀκούσαντα immutasse in ἀκοῦσαί τινα. h. s. multo gravius est malum, si quis ab altero dicatur patrem interfecisse, quam si ei exprobretur quod scutum abiecerit.

Ibid. §. 28. Bk. p. 370. R. - - οὐ ἔτι καὶ νῦν, ὦ ἄνδρες δικασταὶ, τῆς ἀρετῆς τὰ μνημεῖα πρὸς τοῖς ὑμετέροις ἀνάκειται, τὰ δὲ τούτου καὶ τοῦ τούτου πατρὸς τῆς κακίας πρὸς τοῖς τῶν πολεμίων. Optime haec verba interpretatus est Reiskius eaque tam aperte docuit sanissima et integerrima esse, ut mirari possis quod Bekkerus vir circumspectissimus nihilominus cum Augero Contii, Wassii, Marklandi coniecturam, ἱεροῖς post ὑμετέροις addentium, comprobaverit. Etiam ibi, unde illud vocabulum ἱεροῖς est petitum, orat. in Theomnest. II. §. 10. infirmo tantum nititur fulcro: in optimo enim codice, Laurentiano C., nullum eius vestigium comparet. Neque igitur verendum videtur, ne in reprehensionem incurram, quod ibi plane expunxi.

Orat. XI. In Theomnest. II. §. 6. Bk. p. 378. R.

Πῶς οὖν οὐ δεινὸν, ἐὰν μέν τις σὲ εἴπῃ, τοὺς νόμους ἐκλαμβάνειν οὕτως, ὥσπερ ἐγὼ νῦν, καὶ τιμωρεῖν τοὺς ἐχθρούς,

ἐχθροὺς, ἐὰν δ' αὐτὸς εἴπῃς, οὐκ ἄξιον δοῦναι δίκην; Sic Bekker. Pro ἐὰν μέν τις σέ, quod coniectura assecuti sunt Markl. et Taylor., vulgo legebatur ἐὰν μή τις γε. Ex parte haec correctio confirmata est codice Laurentiano μέν pro μή exhibente. Ut autem haec periodus prorsus concinna evadat, necesse esse existimo in locum vocis ἄξιον auctoribus illis Anglis substitui verbum ἀξιοῦν: nec non laudo Augerum, quod hanc facillimam emendationem dignam habuit quam reciperet. „Nonne igitur iniquum est, te, si quis tibi maledixerit, leges interpretari quemadmodum ego nunc interpretor, et vindictam repetere ab inimicis; sin vero tu ipse alteri maledixeris, poenas dare nolle?" Cf. prioris in Theomnestum orationis §. 13. οὐκοῦν δεινὸν, εἰ, ὅταν μὲν δεήσῃ κακῶς ἀκούσαντα τοὺς ἐχθροὺς τιμωρεῖσθαι, οὕτω τοὺς νόμους, ὥσπερ ἐγὼ νῦν, λαμβάνεις, ὅταν δ' ἕτερον παρὰ τοὺς νόμους εἴπῃς κακῶς, οὐκ ἀξιοῖς δοῦναι δίκην. Illic quum coniunctione εἰ uteretur, dixit orator εἰ — λαμβάνεις - - ἀξιοῖς: itaque hic, ubi infinitivo uti ei placuit, non minus concinne ἐκλαμβάνειν — ἀξιοῦν.

Ibid. §. 9. Bk. p. 379. R. μὴ δὴ κακῶς ἀκούοντα τὰ προσήκοντα ἐλεεῖτε μηδ' ὑβρίζοντί τε καὶ λέγοντι παρὰ τοὺς νόμους συγγνώμην ἔχετε καὶ ταῦτα εἰς ἄνδρα, ὃς πολλὰς μὲν στρατηγίας ἐστρατήγηκε, πολλὰς δὲ μεθ' ὑμῶν κεκινδύνευκε - -. Πολλὰς δέ lectio est vulgata, codicum omnium, ut videtur, testimonio firmata. Quam depravatam esse unusquisque statim perspiciet: vocabulum στρατηγίας enim ad πολλὰς δέ repeti non posse, satis est manifestum. Itaque Marklandus πολλάκις pro πολλάς commendavit: quemadmodum loquitur Orator noster in orat. adv. Andocid. §. 40. ὅτι πολλάκις δι' ὑμᾶς ὑπὲρ τῆς πόλεως ἐκινδύνευσεν. Poterat etiam πολλαχοῦ coniicere: cf. orat. XVII, 8. — πολλαχοῦ μὲν ὑπὲρ ὑμῶν κεκινδυνευκόσι. Taylorus ex praecedenti oratione (§. 27. ὃς πολλάκις μὲν ἐστρατήγησε, πολλοὺς δὲ καὶ ἄλλους κινδύνους

μεθ' ὑμῶν ἐκινδύνευσε) correxit: πολλοὺς δὲ μεθ' ὑμῶν κινδύνους κεκινδύνευκε: quae emendatio ita complacita est Augero et Bekkero, ut in verborum ordinem recipere non dubitarent. Mihi contra una detracta littera legendum videtur, πολλὰ δὲ μεθ' ὑμῶν κεκινδύνευκε: qualis oratio epitomatorem maxime decet in exemplari legentem πολλοὺς κινδύνους κεκινδύνευκε. Cf. Aeschinis orat. in Ctesiphont. §. 139. Bk. — καὶ δυνατὸς εἰπεῖν καὶ πολλὰ κεκινδυνευκὼς ἐν τῇ πολιτείᾳ διὰ Θηβαίους. Xenophont. histor. graec. lib. II, 4, 20. ἡμεῖς γὰρ ὑμᾶς κακὸν μὲν οὐδὲν πώποτε ἐποιήσαμεν, μετεσχήκαμεν δὲ ὑμῖν καὶ ἱερῶν - - - καὶ ξυγχορευταὶ καὶ ξυμφοιτηταὶ γεγενήμεθα καὶ ξυστρατιῶται, καὶ πολλὰ μεθ' ὑμῶν κεκινδυνεύκαμεν. — Eiusd. Cyropaed. VII, 2, 11. ἐγὼ γὰρ ὁρῶν τοὺς στρατιώτας πολλὰ πεπονηκότας καὶ πολλὰ κεκινδυνευκότας - - . Ceterum non est reticendum Bekkerum ad πολλοὺς δέ, ut edidit, nihil adscripsisse adnotationis: ut videri queat sic scriptum reperisse in utroque codice, C. et X. At, si hoc ita est, cur non lectionem vulgatam, ut solet, commemoravit? — Apparet inde viri egregii diligentiam hoc in loco desiderari: itaque satius duxi existimare lectionem πολλάς, omnibus ante Bekkerum collatis codicibus confirmatam, etiam a C. et X. haberi, quam lectionem dubiam πολλούς probare et intrudere vocabulum κινδύνους: praesertim quum, etiamsi in illis libris πολλούς sit scriptum, πολλά habeat cur praeferatur.

Orat. XII. In Eratosthen. §. 27. Bk. p. 398. sq. R.

*Καὶ μὴν οὐδὲ τοῦτο εἰκὸς αὐτῷ πιστεύειν, εἴπερ ἀληθῆ λέγει φάσκων ἀντειπεῖν, ὡς αὐτῷ ἐτάχθη.* — Reiskius verbum simplex τάττειν hic locum habere non posse ratus de coniectura in eius locum suffecit προσετάχθη: eiusque vestigiis institerunt Augerus, Bremius, Bekkerus. Quod contra ego verbum simplex restitui,

quamvis diffiteri nequeam id nullo alio Lysiae loco sic usurpatum me invenisse. Is profecto verbo composito tali in nexu uti solitus est. Cf. verba sequentia §phi 27. ἔπειτα τῷ ἧσσον εἰκὸς ἦν προσταχθῆναι; §. 20. 25. 27. 29. 40. 75. etc. Alii autem scriptores verbum τάσσειν saepe usurpavere pro προστάσσειν: ac primum quidem sic, ut persona, cui quid mandatur, in dativo sit addita et tum sequatur infinitivus. Aelian. Var. histor. lib. XIV, 22, 1. '— ἔταξε τοῖς ἐπιχωρίοις μηδένα μηδενὶ διαλέγεσθαι. Xenoph. de re equestri V, 2. ἀγαθὸν δὲ καὶ τὸ τετάχθαι τῷ ἱπποκόμῳ καθ' ἡμέραν τὴν κόπρον καὶ τὰ ὑποστρώματα τοῦ ἵππου ἐκφέρειν εἰς ἓν χωρίον. Cyropaed. III, 3, 7. τῶν δ' αὖ χιλίων τούτων ἔταξαν ἑκάστῳ ἐκ τοῦ δήμου τῶν Περσῶν δέκα μὲν πελταστὰς προσελέσθαι, δέκα δὲ σφενδονήτας —. Non aliter nostro in loco construxit Lysias: nam ex iis, quae praecedunt, sententia sic est supplenda: ὡς αὐτῷ ἐτάχθη συλλαβεῖν καὶ ἀποκτεῖναι Πολέμαρχον καὶ ἄλλους μετοίκους. Sed uti post verbum προστάσσειν non raro etiam accusativus cum infinitivo invenitur (cf. Demosthen. XXXVII, 59. οὓς ἐκπίπτειν καὶ φεύγειν - καὶ τεθνάναι προστάττουσιν οἱ νόμοι. XLIII, 59. ταῦτα πάνθ', ὅσα οἱ νόμοι προστάττουσι τοὺς προσήκοντας ποιεῖν, ἡμῖν προστάττουσι καὶ ἀναγκάζουσι ποιεῖν.) item, et quidem multo crebrius, post simplex τάσσειν eadem reperitur constructio. Xenoph. Anab. III, 1, 25. εἰ δὲ ὑμεῖς τάττετέ με ἡγεῖσθαι. Cyropaed. VII, 5, 69. μισθὸν δὲ καὶ τούτοις Βαβυλωνίους ἔταξε παρέχειν. Igitur passive dicitur τάττεταί τίς τι ποιεῖν. Aesch. de fals. legat. §. 48. Bk. καὶ τὴν δέησιν οὐκ ἐπελαθόμην τὴν Δημοσθένους, ὅτι ταχθείη λέγειν —. Alibi dativus personae et accusativus rei additi reperiuntur. Xenoph. Cyrop. III, 3, 7. μέγας δὴ σύ, ὁπότε γε καὶ ἡμῖν τάξεις ἃ ἂν δέῃ ποιεῖν. Aeschin. in Ctesiphont. §. 258. - - Ἀριστείδην δὲ τὸν τοὺς φόρους τάξαντα τοῖς Ἕλλησιν —. Sed satis iam est demonstratum librorum manu scriptorum lectionem

*ἐτάχθη* non repugnare usui loquendi. Orationem ut variaret, Orator noster verbo simplici hic videtur usus esse. Simile est quod supra factum videmus. In §pho 16. enim *ἥκων δὲ ἔλεγεν ὅτι Ἐρατοσθένης αὐτὸν ἐν τῇ ὁδῷ λαβὼν εἰς τὸ δεσμωτήριον ἀπαγάγοι* *) usurpavit Lysias verbum *λαμβάνειν* eodem sensu, quo alias fere *συλλαμβάνειν* dicit (ut §. 26. 30. 32. 34. etc.). Nec magis ibi cum Marklando et Villoisono ad Longum p. 19. *συλλαβὼν* pro *λαβὼν* scribendum est, quam hoc loco *προσετάχθη* pro *ἐτάχθη*. Cf. orat. in Agorat. §. 78. *ἐπειδὴ δὲ εἶδον αὐτὸν τάχιστα, συλλαβόντες ἄγουσιν ἄντικρυς ὡς ἀποκτενοῦντες, οὗπερ καὶ τοὺς ἄλλους ἀπέσφαττον, εἴ τινα λῃστὴν*

---

*) Paragrapho subsequenti reperiuntur haec: *Πολεμάρχῳ δὲ παρήγγειλαν οἱ τριάκοντα τὸ ἐπ' ἐκείνων εἰθισμένον παράγγελμα, πίνειν κώνειον πρὶν τὴν αἰτίαν εἰπεῖν δι' ἥντινα ἔμελλεν ἀποθανεῖσθαι.* Lectio *ἐπ' ἐκείνων*, quae Aldinae debetur, alteri, quam Stephanus primus exhibuit, *ὑπ' ἐκείνων* praeoptata est a Reiskio, Bekkero, Bremio. Probe eam interpretatus est Reiskius „e o r u m a e t a t e, i l l o t e m p o r e, q u o i l l i s u m m a r e r u m p o t i e b a n t u r." Atque auctoritate virorum illorum doctissimorum motus ipse in editione mea *ἐπ' ἐκείνων* reliqui. Attamen haud scio an altera lectio, quam omnes, quod sciam, codices tenent, non omnino sit reiicienda. Quam si probemus, sic explicare debemus: *παρήγγειλαν τὸ ὑπ' ἐκείνων παραγγέλλεσθαι εἰθισμένον παράγγελμα*, ut Xenoph. Hier. 9, 7. dicit *τὸ - ἥκιστα εἰθισμένον διὰ φιλονεικίας πράσσεσθαι.* Non raro autem ex verbo activo ad verba quaedam, quae in eadem sunt enunciatione, passivum est repetendum. Cf. Thucyd. II, 24. *τὴν τῶν πέλας δῃοῦν μᾶλλον ἢ τὴν ἑαυτῶν ὁρᾶν* sc. *δῃουμένην.* Ibid. VI, 79. *ὅταν ὑπ' ἄλλων, καὶ μὴ αὐτοὶ τοὺς πέλας ἀδικῶσι*, ubi ad *ὑπ' ἄλλων* animo adde *ἀδικῶνται.* Suppeditavit mihi hos locos Popponis industria in Prolegom. ad Thucydid. p. 287. Referri huc posset §. 38. nostrae orationis, *οὐ γὰρ δὴ οὐδὲ τοῦτο αὐτῷ προσήκει ποιῆσαι, ὅπερ ἐν τῇδε τῇ πόλει εἰθισμένον ἐστίν*, ubi ad *εἰθισμένον* repetendum esset *ποιηθῆναι*: nisi praestaret *εἰθισμένον ἐστὶν* ibi absolute positum esse statuere (*usu receptum est, fieri solet.*).

ἢ κακοῦργον λάβοιεν, ubi non reprehendendi sunt Bekk. et Bremius, quod λάβοιεν ex cod. Laurentiano dederunt pro vulgato συλλάβοιεν. V. Bremii adnotat. ad §. 16. Pariter Xenoph. Histor. Graec. II, 3, 14. ξυνελάμβανον οὐκέτι τοὺς πονηροὺς κ. τ. λ. §. 21. ἔδοξε δ' αὐτοῖς – – τῶν μετοίκων ἕνα ἕκαστον λαβεῖν.

A §pho 55. Bk. p. 420. R. agit Orator de iniusto et saevo imperio decemvirorum, ad quos triginta tyrannis expulsis summa rerum delata erat. Inprimis in Phidonem invehitur, utpote qui Lacedaemonem profectus Lacedaemoniosque exhortatus sit ad bellum contra Piraeenses suscipiendum. Tum pergit sic: Ab his quum repulsus esset, grandem pecuniam mutuo sumpsit, qua uteretur ad mercenarios conducendos. Praeterea iste homo eiusque socii, ut Lysander vir Piraeensibus infensissimus exercitui praeficeretur, exoraverunt. Quum vero in reipublicae perniciem neminem non conduxissent et civitates nonnullas Graecas adduxissent et ipsos adeo Lacedaemonios et sociorum quibuscunque persuadere poterant: οὐ διαλλάξαι, ἀλλ' ἀπολέσαι παρεσκευάζοντο τὴν πόλιν, εἰ μὴ δι' ἄνδρας ἀγαθούς· οὓς ὑμεῖς δηλώσατε παρὰ τῶν ἐχθρῶν δίκην λαβόντες ὅτι καὶ ἐκείνοις χάριν ἀποδώσετε. (§. 60. Bk. p. 423. R.) Οὓς est lectio, quam codices MSS. ad unum omnes exhibent. Hunc autem accusativum quum interpretes nescirent quemadmodum cum δηλώσατε consociarent, corruptelam odorati id contenderunt et laboraverunt, ut aptam rationem, qua haec verba emendari possent, investigarent. Schottus accusativum quidem οὓς intactum reliquit, sed pro δηλώσατε legendum censuit ζηλώσατε: quae coniectura quanquam confirmata est codice Laurentiano, tamen probari nullo pacto potest propter verba insequentia, ὅτι καὶ ἐκείνοις χάριν ἀποδώσετε. Schotti enim interpretationem „*sic enim illis gratiam referetis*“ quis est qui approbet et admittat?

Missa igitur illa emendatione aliam proposuerunt Taylorus et Marklandus, οἷς pro οὕς. Suscepit eam Reiskius, recte locum in conversione lat. p. 465. sic interpretatus: „- - quibus [viris illis fortibus] vos, iudices, testatum facite, poenas ab eorumque et vestris communibus hostibus repetendo, vos gratiam ipsis quoque debitam esse relaturos." Minus recte in adnotatione ad h. l. οἷς non ad δηλώσατε, sed ad λαβόντες δίκην referendum dicit, addens: „Aldinae οὕς qui servare velit, possit ille πρός addere. πρὸς οὕς, ad quos vel erga quos declarate: quod nescio an a Lysia sit potius profectum quam οἷς." Augerus, Bekkerus, Bremius item οἷς adsciverunt: nec ego hanc emendationem lenissimam sum adspernatus. Verumtamen non omnino negaverim οὕς a Lysiae manu proficisci potuisse. Anacoluthias non anxie et studiose eum evitavisse, Bremii excursus quintus satis declaravit. Atqui talem orationis conformationem si hic non spernamus, omni mutatione supersedere poterimus. Veluti enim Orator §. 50. Bk. p. 416. R. δῆλος ἔσται ὅτι ἐκεῖνά τε αὐτῷ ἤρεσκε dixit pro eo, quod, verba δῆλος ἔσται scribens, exinde dicere in animo habebat ὅτι ἐκείνοις ἐχάρη (*manifestum erit, eum illis oblectatum fuisse*): sic hoc in loco οὓς ὑμεῖς δηλώσατε dicens pergere volebat, ὅτι χάριν ἀπολήψονται i. e. = οἳ ὅτι χάριν ἀπολήψονται, ὑμεῖς δηλώσατε (XX, 34. οὓς οὔπω ἴστε εἴτε ἀγαθοὶ εἴτε κακοὶ ἡβήσαντες γενήσονται. ib. οὓς οὐκ ἴστε ὁποῖοί τινες ἔσονται. XXVII, 7. etc.): sed sentiens postea aptius fore, si rem dicendam ita proferret, ut actio, quam Athenienses decere dicturus erat, magis emineret, pergit sic: ὅτι καὶ ἐκείνοις χάριν ἀποδώσετε. Etenim si ὅτι χάριν ἀπολήψονται dixisset, magis status illorum fortium virorum, in quo, dum gratiam accipiunt, versantur, ante oculos auditorum poneretur, quam actio gratiam referendi. Quod porro lectione vulgata retenta ab iu-

dicibus postulatur, ut omnibus ostendere velint se illis gratiam relaturos esse, saltem aeque aptum est atque quod dativo οἷς recepto ab iis requiritur, ut fortibus illis viris ostendant, se ipsis gratos se praestituros esse.

Ibid. §. 84. Bk. p. 435. R. *Πᾶν δ' ἂν μοι δοκεῖ τολμῆσαι, ὅστις νυνὶ, οὐχ ἑτέρων ὄντων τῶν δικαστῶν, ἀλλ' αὐτῶν τῶν κακῶς πεπονθότων, ἥκει ἀπολογησόμενος πρὸς αὐτοὺς τοὺς μάρτυρας τῆς τούτου πονηρίας. τοσοῦτον δ' ὑμῶν καταπεφρόνηκεν ἢ ἑτέροις πεπίστευκεν· ὧν ἀμφοτέρων ἄξιον ἐπιμεληθῆναι κ. τ. λ.* Particula *δέ* in verbis *τοσοῦτον δ' ὑμῶν καταπεφρ.* offensus H. Stephanus margini editionis suae adscripsit: „*Π. τοσοῦτον δὴ ὑμῶν. Ἤ, τοσοῦτόν γε ὑμῶν.*" Reiskius eadem re motus *δέ* aut delendum esse ait aut cum *ἢ* mutandum: quae verba Bekkerus commemoranda censuit: cf. Addenda. Denique Bremius „etiam me, inquit, offendit h. l. particula *δ'*, quae abesse solet in tali epiphonemate, vel non *δέ* ponitur, sed *δή*: nec memini me legere similem locum." Nae hoc verum est, in epiphonematis particulam *δέ* fere non habere locum. Cf. Dinarch. or. in Philocl. §. 3. *τοσοῦτον τῆς ὑμετέρας ῥᾳθυμίας καταπεφρόνηκε.* Demosth. XVII, 29. *οὕτω πάντοθεν καταπεφρονηκότως ἐκεῖνοι τῇ πόλει χρῶνται διὰ τοὺς ἐντεῦθεν διδασκάλους* —. Lys. X, 28. *οὕτω σύμφυτος αὐτοῖς ἡ δειλία.* XII, 17. *οὕτω πολλοῦ ἐδέησε κριθῆναι* –. etc. etc. Nec tamen hic prorsus condemnaverim voculam illam: immo credo eam et adesse et abesse posse cum aliqua quidem sensus differentia. Si enim in eiusmodi propositionibus particula omittitur, sententia, quae sic profertur, apparet ut talis, quae in iis, quae modo sunt dicta, clare et perspicue expressa sit quaeque tantum summam eorum ante oculos lectorum vel auditorum ponat. Sin autem particula *δέ* adiicitur enunciationi, haec minus epiphonematis locum tenet

nec tam arto vinculo cohaeret cum antecedentibus, sed profertur ut nova sententia, ita illa quidem comparata, ut ex praegressis lucem accipiat. Quum igitur hoc loco δέ positum sit, hoc dicit Orator: „Quidvis mihi videtur ausurus esse, qui nunc non aliis assidentibus iudicibus, sed iis ipsis, quibus iniuria illata est, caussam pro se dicturus prodiit coram ipsis improbitatis testibus. Tantopere autem vos contemnit aut aliis fidit.“ Rectius autem, δ' particulam si tueare, ante τοσοῦτον punctum, ut Bremius fecit, pones, quam colon, cui δέ deleto esset locus. Ceterum cf. Isocrat. de permutat. §. 30. sq. Ἐκ μὲν τοίνυν τῆς γραφῆς πειρᾶταί με διαβάλλειν ὁ κατήγορος ὡς διαφθείρω τοὺς νεωτέρους λέγειν διδάσκων καὶ παρὰ τὸ δίκαιον ἐν τοῖς ἀγῶσι πλεονεκτεῖν, ἐκ δὲ τῶν ἄλλων λόγων ποιεῖ με τηλικοῦτον, ὅσος οὐδεὶς πώποτε γέγονεν – –. τοῦτον δὲ τὸν τρόπον πεποίηται τὴν κατηγορίαν, ἡγούμενος – – –. (coll. §. 69.), ex quo loco, quum addita sint illa ἡγούμενος etc., quid mihi velim clarius perspici posse puto.

Ibid. §. 90. Bk. p. 441. R. Lysias dicit haec: Vos, iudices, declaretis, quae vestra hac de re sit sententia. Si enim hunc Eratosthenem condemnabitis, apparebit vos aegre ferre tyrannorum facta *): sin vero absolvetis, videbuntur studia vobis eadem esse ac tyrannis: neque ad illam excusationem confugere poteritis, qua adhuc usi estis, dicentes vos ea, quae tyrannni iusserint, fecisse: νυνὶ μὲν γὰρ οὐδεὶς ὑμᾶς ἀναγκάζει παρὰ τὴν ὑμετέραν γνώμην ἀποψηφίζεσθαι. Bekkero, ut in Adden-

*) Εἰ μὲν γὰρ τούτου καταψηφιεῖσθε, δῆλοι ἔσεσθε ὡς ὀργιζόμενοι τοῖς πεπραγμένοις. Reiskium hic particula ὡς male habuit: ut eam aut plane delendam aut in eius locum πᾶσιν sufficiendum esse sibi persuaderet. Erravit vir optimus: ne vero forte alii quoque eodem se imbui patiantur errore, moneo, reperiri locos, ubi post δῆλός ἐστι ad sequens participium particula ὡς est adiecta. Cf. Sophocl. Ai. v. 324. καὶ δῆλός ἐστιν ὥς τι δρασείων κακόν.

dis significavit, hic aptius videtur ψηφίζεσθαι quam ἀποψηφίζεσθαι; qua in re dissentire cogor a viro doctissimo. Arbitror autem eo factum esse, ut in hanc opinionem incideret, quod νυνὶ explicabat, hoc tempore, quo tyrannorum imperium est eversum. Haec enim explicatio si pro vera habetur, Orator noster, quum modo dixerit: „*tempore triginta tyrannorum vos oportebat in sententiis ferendis ad illorum voluntatem vos conformare eoque nomine decreta perversa excusare poteratis; si autem istum homuncionem nefarium absolvetis, excusatione illa uti non licebit*“: nimirum sic pergere debet: „*hoc enim tempore, quo excussum est tyrannidis iugum, nemo vos cogit contra animorum vestrorum sententiam iudicia ferre*“, non „*absolvere*“: nam prius, tyrannis civitatis gubernacula tenentibus, Athenienses inviti non modo absolverant sontes, verum etiam, idque haud dubie saepius, condemnaverant insontes. Minime vero opus est scribi ψηφίζεσθαι, modo νυνὶ interpretemur hac in causa, qua de Eratosthene agitur. Orator enim hic noluit illa duo modo descripta tempora universe inter se componere et comparare, sed, ubi universum tempus praesens, quo a tyrannis nemo amplius cogi poterat, commemorandum erat, statim ad praesentem caussam, quae in illud tempus incidebat, respexit: hac enim in caussa, inquit, nemo vos cogit contra sententiam vestram hunc absolvere, omittens addere: ut in universum non amplius nunc cogimini contra ac vobis videtur decernere.

Orat. XIII. In Agorat. §. 24. Bk. p. 460. R.

*Ὁ δὲ Ἀγόρατος καὶ οἱ ἐγγυηταὶ καθίζουσιν ἐπὶ τὸν βωμὸν Μουνυχίασιν· ἐπειδὴ δὲ ἐκάθισαν, ἐβουλεύοντο τί χρὴ*

*ποιεῖν. ἐδόκει οὖν τοῖς ἐγγυηταῖς καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασιν ἐκποδὼν ποιῆσαι τὸν Ἀγόρατον ὡς τάχιστα.*

Miror hic nemini editorum offensioni fuisse activi infinitivum *ποιῆσαι*, quum Graeci hac in locutione *ἐκποδὼν ποιεῖσθαι* medio potius uti consueverint. Equidem igitur coniicio Oratorem h. l. scripsisse *ἐκποδὼν ποιήσασθαι τὸν Ἀγόρατον*. Cf. huius orationis §. 7. *τούτους οὖν ἐβούλοντο ἀμωσγέπως ἐκποδὼν ποιήσασθαι.* ibid. §. 43. *ἐπεὶ δὲ τούτους ἐκποδὼν ἐποιήσαντο οἱ τριάκοντα* —. (§. 88. invenies in contraria formula item medium usurpatum, *ἐμποδὼν γοῦν ἢ ὅρκους ἢ συνθήκας ἢ χρόνον ἢ ἐπ' αὐτοφώρῳ τι ποιεῖται.*) Isocrat. Evagor. §. 27. Bk. *ἡγούμενος οὐ δυνήσεσθαι κατασχεῖν τὴν ἀρχὴν, εἰ μὴ κἀκεῖνον ἐκποδὼν ποιήσαιτο*, ubi maxime probo quod Bekkerus pro lectione vulgata *ποιήσειε* ex Urbinate rescripsit *ποιήσαιτο*. Eiusdem orat. *περὶ τ. ζεύγ.* §. 37. *ἐπειδὴ τάχιστ' ἐκεῖνον ἐκποδὼν ἐποιήσαντο.* Panegyric. §. 173. *δεῖ δὲ ταύτας τὰς ἐπιβουλὰς ἐκποδὼν ποιησαμένους ἐκείνοις τοῖς ἔργοις ἐπιχειρεῖν.* Xenoph. Histor. graec. IV, 4, 2. — *εἰ μὴ ἐκποδὼν ποιήσοιντο τοὺς ἐπὶ τὴν εἰρήνην τετραμμένους.* Ibid. II, 3, 13. — *ἕως δὴ τοὺς πονηροὺς ἐκποδὼν ποιησάμενοι καταστήσαιντο τὴν πολιτείαν*. et §. 16. *μὴ οὐκ ἐκποδὼν ποιεῖσθαι τοὺς ἱκανωτάτους διακωλύειν.* Cyropaed. III, 1, 3. *βουλόμενοι τὰ ὄντα ἐκποδὼν ποιεῖσθαι.* Suidas: *ἀνήρηκεν, ἀντὶ τοῦ ἐκποδὼν ἐποιήσατο* et, ubi eadem reperies verba, Bekker. Anecdot. p. 402, 23. Perperam Grammaticus ibid. p. 27, 26. *Ἀνήρηκεν: οὐχ ὡς οἱ νῦν ἀντὶ τοῦ ἀπέκτεινεν, ἀλλ' ἀντὶ τοῦ ἐκποδὼν πεποίηκεν.* Contra recte se habet activum in locutione *ποιεῖν τι ἐκ τόπου*, *movere aliquid e loco*: v. Demosth. orat. adv. Macart. §. 72. *ὁ δὲ νόμος ἀπαγορεύει μηδ' ἐκ τοῦ αὐτοῦ χωρίου τοῦ πατρῴου μηδὲν τούτων ποιεῖν.* cf. Schaef. Appar. Crit. T. V. p. 130. Si vero hoc verbum aestimandi vim habet, medium solum usitatum est: igitur rectis-

sime egere Bekkerus et Bremius, Lys. orat. I, 26. in verbis *σὺ παραβαίνων περὶ ἐλάττονος τῶν ἡδονῶν ἐποίησας* (quod omnes omnino codices exhibent) medium *ἐποιήσω* de Corais coniectura reponentes.

Ibid. §. 47. Bk. p. 471. R. *Πρὸς δὲ τούτοις τὰς ἰδίας οὐσίας ἀπωλέσατε καὶ τὸ τελευταῖον συλληφθὴν ἅπαντες ὑπὸ τῶν τριάκοντα ἐκ τῆς πατρίδος ἐξηλάθητε.* Quum hic optimi libri manu scripti C. X. et vero etiam Vindobon., si Altero, homini sane haud ita magna fide digno, hic fidem habemus, vocabulum *οὐσίας* omittant, haud scio an non sit vana suspicio mea Lysiam scripsisse *τὰ ἴδια*, eruditulum autem quendam postea inde effecisse *τὰς ἰδίας οὐσίας*. Multis in locis, ut notum est, *τὰ ἴδια* significant *τὰς ἰδίας οὐσίας*, *bona quae singuli possident*, *peculium*. Isae. or. V, §. 34. *τῶν δὲ Λεωχάρους ἰδίων οὐκ ἐπιθυμοῦμεν.* Xenoph. histor. gr. I, 5, 2. *τοῖς ἰδίοις χρήσεσθαι ἃ ὁ πατὴρ αὐτῷ ἔδωκεν.* Aesch. in Ctesiphont. §. 163. *ὅτ' εἰς τὴν ἀρχὴν οὐ πάλαι καθεστηκὼς Ἀλέξανδρος ἀκατασκεύων αὐτῷ τῶν ἰδίων ὄντων εἰς τὴν Ἀσίαν διέβη.* Eiusd. or. de fals. legat. §. 41. *τῷ μὲν ἔρανον συστήσειν ἐπηγγέλλετο καὶ βοηθήσειν τοῖς ἰδίοις.*

Ibid. §. 51. Bk. p. 475. R. Orator ubi Agoratum evicit permultos et egregios viros detulisse mortisque eorum hac re auctorem exstitisse, a §pho 51. dicit: Se non detulisse illos viros, nullo modo possit probare. Oportet igitur eum iure se illos detulisse ostendere, videntem eos mala et reipublicae noxia perpetrantes. Sed hoc ne conabitur quidem demonstrare. *Οὐ γὰρ δήπου, εἴ τι κακὸν τὸν δῆμον τῶν Ἀθηναίων εἰργάσαντο, οἱ τριάκοντα, δεδιότες μὴ καταλυθείη ὁ δῆμος, τιμωροῦντες ὑπὲρ τοῦ δήμου ἂν αὐτοὺς ἀπέκτειναν· ἀλλ' οἶμαι πολὺ τοὐναντίον τούτου.* — *Τούτου* genitivum omnes tuentur libri MSS., *τοῦτον* accusativum Bekkerus dedit de coniectura. Quod laudare non possum: nam librorum scriptura omnium est sanissima. Dicit Orator hoc:

neque enim, opinor, si quid illi ab Agorato delati viri moliti fuissent, quod fraudi esset populo Atheniensium, triginta viri veriti ne democratia everteretur, atque huius in gratiam eos punientes occidissent: sed, puto, ipsum contrarium huic rei (i. e. supplicio) fecissent h. e. eos honoribus et praemiis affecissent (ut recte iam Marklandus). Genitivus τούτου ab ἐναντίον est aptus, et ad totúm hoc enunciationis membrum ἀλλ' οἶμαι πολὺ τοὐναντίον τούτου mente lector addere debet ἐποίησαν ἄν. Quod ad prius, genitivum post ἐναντίον positum, attinet, haec nota est res. Cf. Lys. or. XXX, 19. σὺ δὲ τούτων τἀναντία πεποίηκας (i. e. τἀναντία ἢ ταῦτα). Antiph. Tetralog. Γ'. γ'. §. 4. ἐγὼ δὲ πολὺ τἀναντία τούτων φημί. Eiusd. Tetralog. Δ. β'. §. 12. ἐμὲ δὲ — γνώσεσθε οὔτε ἐπιβουλεύοντα οὔτε τῶν οὐ προσηκόντων ὀρεγόμενον, ἀλλὰ τἀναντία τούτων πολλὰς εἰσφορὰς εἰσφέροντα. Xenoph. Cyrop. VIII, 4, 9. ἀλλὰ καὶ μὰ τοὺς θεούς, ἔφη, τοὐναντίον τούτου, ἀχθοίμην ἄν σοι, εἰ - -, etc. Aliis in locis persona, a qua quis in agendo differt, in genitivo ponitur. Cf. Schaef. Appar. Crit. ad Dem. T. II. p. 416. Schneid. ad Xenoph. Memorab. IV, 2, 4. Ex huius adnotatione etiam hoc intelliges, illam verbi ποιεῖν ellipsin nostro in loco nemini debere offensioni esse. Permulta eius exempla sxstant in scriptis Graecorum. V. Demosth. de fals. legat. §. 2. τοὺς μὲν οὖν ἄλλους, ὅσοι πρὸς τὰ κοινὰ δικαίως προσέρχονται, κἂν δεδωκότες ὦσιν εὐθύνας, τὴν ἀειλογίαν ὁρῶ προτεινομένους, τουτονὶ δ' Αἰσχίνην πολὺ τἀναντία τούτου· πρὶν γὰρ εἰσελθεῖν εἰς ὑμᾶς κ. τ. λ. ibid. §. 252. ὁ δὲ τοῦ σχήματος ἦν τούτου πολλῷ τῇ πόλει λυσιτελέστερον, τὸ τὴν ψυχὴν Σόλωνος ἰδεῖν καὶ τὴν διάνοιαν, ταύτην οὐκ ἐμιμήσατο, ἀλλὰ πᾶν τοὐναντίον. Xenoph. Memor. l. c. — οὐδ' ἐπεμελήθην τοῦ διδασκαλόν τινά μοι γενέσθαι τῶν ἐπισταμένων, ἀλλὰ καὶ τἀναντία· διατετέλεκα γὰρ φεύγων etc. Superest ut moneam, non recte Reiskium et Bremium punctum ante ἀλλ' οἶμαι

posuisse: leniore interpunctione hic opus esse apparet ex iis, quae dixi. — Prius vero quam ad alia transgredior, paucis disserere lubet de loco, quo interpretes verbum *ποιεῖν* aut revera aut cogitatione certe addendum esse statuebant. Est ille in orat. adv. Agorat. §. 60. Bk. p. 483. R. *μετὰ τοῦτο τοίνυν προσιόντες τῷ Ἀριστοφάνει οἱ πράττοντες τότε τὰ πράγματα ἐδέοντο αὐτοῦ κατειπεῖν καὶ σώζεσθαι, καὶ μὴ κινδυνεύειν ἀγωνισάμενον τῆς ξενίας τὰ ἔσχατα παθεῖν. ὁ δὲ οὐκ ἔφη οὐδέποτε.* Post *οὐδέποτε* quum Reiskio *ποιήσειν* deesse videretur, Augerus non dubitavit hoc verbum intrudere. Vellem Marklandi adnotationem attentius legissent duumviri illi, recte contendentis ex superioribus verbis ad *οὐδέποτε* repetendum esse *κατειπεῖν* h. s. „ille autem se negabat unquam delaturum esse.“ Cf. or. XXVI, §. 7. Bk. p. 791. R. *εἰ δὲ ταῦτα πάνθ' οὗτος ὥστε γενέσθαι διαπέπρακται, τί προσδοκῆσαι δεῖ**) *δοκιμασθέντ' αὐτὸν ποιήσειν, εἰ τὴν ἐξιοῦσαν ἀρχὴν πέπεικεν αὑτοῦ ἕνεκα παρανομῆσαι; ἆρ' ἂν ὀλίγα τοιαῦτα ἐν τῷ ἐνιαυτῷ διαπράξασθαι; ἐγὼ μὲν γὰρ οὐκ ἂν οἶμαι.* Hic recte ex iis, quae praecedunt, Reiskius posteriorem sententiam ait sic esse supplendam: *ἐγὼ μὲν γὰρ οἶμαι αὐτὸν οὐκ ἂν ὀλίγα διαπράξασθαι, ἀλλὰ καὶ πάνυ πολλά.*

---

*) Cf. Demosth. 1 Phil. §. 46. *τί χρὴ προσδοκᾶν*; De symmor. §. 12. *πῶς χρὴ προσδοκᾶν τινὰ ὑπακούσεσθαι*; De cor. §. 195. *τί χρῆν προσδοκᾶν* –; In Mid. §. 220. *τόθ' ἕκαστον αὐτὸν χρὴ προσδοκᾶν τὸν πρῶτον μετὰ ταῦτ' ἀδικησόμενον γενήσεσθαι*; In Theocr. §. 22. *οὐ γὰρ δή γε προσδοκᾶν δεῖ Θεοκρίνην* –. Isocr. adv. Callim. §. 43. *πόσην δὲ χρὴ προσδοκᾶν ἔσεσθαι ταραχήν* –; Xen. de repl. Laced. I, 3. *τὰς μὲν οὖν οὕτω τρεφομένας πῶς χρὴ προσδοκῆσαι μεγαλεῖον ἄν τι γεννῆσαι*; etc. Itaque intactam reliqui in loco illo Lysiaco lectionem vulgatam *προσδοκῆσαι δεῖ*, quum Bekk. cum cod. C. dederit *προσδοκᾶτε* –.

Ibid. §. 58. Bk. p. 482. R. Contendens Orator Agoratum cum Aristophane Chollidensi dicit fere haec: Longe dissimilis videtur Agoratus huic viro fuisse, qui pro ipso tum spopondit et comparatis Munychiae navibus cum eo auffugere paratus fuit. Et quantum in illo erat, servatus fuisses ac neque Atheniensium quemquam pessumdedisses neque ipse talia in discrimina esses adductus. νῦν δὲ καὶ τὸν σωτῆρα τὸν σαυτοῦ ἐτόλμησας ἀπογράψαι καὶ ἀπέγραψας καὶ ἐκεῖνον καὶ τοὺς ἄλλους ἐγγυητάς. Hac in enunciatione quum Reiskio verbis καὶ ἀπέγραψας καὶ ἐκεῖνον nihil aliud dici videretur quam quod priori iam membro continetur (cf. Markland. ad Lys. p. 585. ed. Reisk. et ad Eurip. Suppl. v. 882.): pro ἀπέγραψας ex coniectura dedit ἐπέτριψας, *pessumdedisti*, eique adstipulati sunt Bekkerus et Bremius. Quod non miror: perquam enim probabilis videtur haec emendatio. Tamen recipere non ausus sum, quum librorum lectio non ea mihi videatur quae omnino non possit defensitari. Primum autem discrimen hic intercedere arbitror inter ἐτόλμησας ἀπογράψαι et ἀπέγραψας. Illud est: tanta fuit tua audacia et petulantia, ut, quum apud te deliberares utrum deferres Aristophanem necne, mox a te impetrares et animum induceres ut deferres (v. Reisig. ad Oedip. Colon. v. 178. Enarrat. et Monk. ad Eurip. Alcest. v. 284. etc.): ἀπέγραψας vero simpliciter dictum est h. s. illud facinus reapse peregisti. Porro quod ad verba καὶ ἐκεῖνον attinet, nae ea, si essent omissa, nemo requireret. Quod autem adiecta sunt, id non modo non ignoscendum est, sed etiam laudandum. Orator enim, quanquam iam memoravit Agoratum in animum induxisse Aristophanem deferre, hic transiturus ad ceteros vades, illum, ut primarium in vadibus virum maximeque Agorati saluti prospicientem,

iterum commemorat: et detulisti ut illum ita ceteros vades. His dictis perspicuum erit etiam Fr. Iacobsio non assentiendum esse in Addit. animadvv. in Athen. p. 172. hoc de loco sic disputanti: „Requiritur verbum, quod consequentiam aliquam τοῦ ἀπογράψαι indicet. In cod. Coisl. [et X.] legitur ἀπογράψας. Hoc admisso scribendum existimo, τὸν σωτῆρα τὸν σαυτοῦ ἐτόλμησας ἀπογράψαι καὶ ἀπογράψας ἀπέκτεινας καὶ ἐκεῖνον καὶ τοὺς ἄλλ. ἐγγ.“

Ibid. §. 65. Bk. p. 488. R. Posteaquam Orator exposuit, quot homines ab Agorato delati obierint, pergit hunc in modum: *Πολλὰ τοίνυν, ὦ ἄνδρες δικασταὶ, ὅσα κακὰ καὶ αἰσχρὰ καὶ τούτῳ καὶ τοῖς τούτου ἀδελφοῖς ἐπιτετήδευται, πολὺ ἂν εἴη ἔργον λέγειν.* Disserui de his verbis in Commentat. crit. de l. n. Lys. et Dem. p. 5. ibique mihi πολύ pro πολλά legendum videri dixi. Nunc tamen repetitio huius vocis (πολὺ τοίνυν - πολὺ ἂν εἴη ἔργ. λ.) minus mihi placet malimque scribatur τἄλλα pro πολλά. Lysiae mentem hanc esse puto: multos homines detulit Agoratus et interemit: iam vero cetera facinora, quaecunque et ab eo ipso et ab eius fratribus patrata sunt, enumerare longum operosumque fuerit. Nonnulla tantum commemorare queo. Ita loqui possum de eius criminationibus, quibus insontes vexavit: hoc tamen negotio supersedere licet, quoniam aliunde hac de re satis constat. *Οἱ ἄλλοι — ὅσοι, τἄλλα — ὅσα* etc. libenter Graeci coniungunt. V. Isocr. adv. Callimach. §. 51. *τῶν ἄλλων ὅσοις ἐπιβεβούλευκε.* Lucian. Dial. Deor. IX, 2. *ἄπειμι δ' οὖν ὕδωρ αὐτῷ πρὸς τὸ τραῦμα οἴσων καὶ τἄλλα ποιήσων ὅσα νομίζεται.* (v. F. V. Fritzsch. ad h. l., qui multa id genus congessit.) Xenoph. Hist. graec. III, 4, 3. *ἐπεὶ δὲ θυσάμενος καὶ τἄλλα ὅσα ἔδει καὶ τὰ διαβατήρια ἐξῆλθε,* — . Demosth. XXII, 68. *ἄλλα δὲ ὅσα ὕβρικεν, οὐδ' ἂν ἔχοι τις εἰπεῖν· τοσαῦτα τὸ πλῆθός ἐστιν,* ubi forsitan τἄλλα

scribendum est. — In sequenti periodo, *περὶ δὲ συκοφαντίας, ὅσας οὗτος ἢ δίκας ἰδίας συκοφαντῶν ἐδικάζετο ἢ γραφὰς ὅσας ἐγράφετο ἢ ἀπογραφὰς ἀπέγραφεν, οὐδέν με δεῖ καθ᾽ ἕκαστον λέγειν*, ubi Coraes post *ἀπογραφάς* addendum censet *ὅσας* vel *ἅς* (quod Meierus hunc locum laudans in libro de lite Attic. p. 255. not. 35. adiecit: vid. eiusdem lib. de bonis damnat. p. 201. adnot. 145.), maxime mihi arridet Reiskii sententia, secundum *ὅσας*, quod post *γραφάς* legitur, delendum esse arbitrantis. Cf. Isocrat. *περὶ τ. ζεύγ.* §. 21. *καὶ μετὰ ταῦτα καθ᾽ ἕκαστον μὲν ὅσας τριήρεις ἔλαβεν ἢ μάχας ἐνίκησεν ἢ πόλεις κατὰ κράτος εἷλεν ἢ λόγῳ πείσας φίλας ὑμῖν ἐποίησε, πολὺ ἂν ἔργον εἴη λέγειν.* Eiusd. orat. adv. Callimach. §. 51. *νῦν δὲ περὶ μὲν τῶν ἄλλων ὅσοις ἐπιβεβούλευκε καὶ δίκας οἵας δεδίκασται καὶ γραφὰς εἰσελήλυθε — — οὐδ᾽ ἂν δὶς τοσοῦτον ὕδωρ ἱκανὸν διηγήσασθαι γένοιτο* *).

Ibid. §. 78. Bkk. p. 497. R. *ἐπειδὴ δὲ εἶδον αὐτὸν, τάχιστα συλλαβόντες ἄγουσιν ἄντικρυς ὡς ἀποκτενοῦντες, οὗπερ καὶ τοὺς ἄλλους ἀπέσφαττον, εἴ τινα λῃστὴν ἢ κακοῦργον λάβοιεν.* Sic vulgo haec verba distinguuntur. Ego vero malim comma, quod ante *τάχιστα* positum est, deleri et post hanc vocem collocari: ut *τάχιστα* artius coniun-

*) In eadem Isocratis oratione, §. 58. ed. Bekk., invenies haec: — *περὶ ἐμαυτοῦ τὰς μὲν ἄλλας πάσας παραλείψω λειτουργίας, ἧς δ᾽ οὐ μόνον ἄν μοι δικαίως ἔχοιτε χάριν, ἀλλὰ καὶ* —, *ταύτης δὲ μνησθήσομαι πρὸς ὑμᾶς.*, qui locus iis est adnumerandus, ubi scriptores id, quod ex certo quodam genere eximunt, posteriori loco memorant, priori cetera idem ad genus pertinentia. Cf. eiusdem orat. §. 53. Helen. encom. §. 49. *πολλῶν αὐτοῖς πρότερον ἐγκλημάτων γενομένων περὶ μὲν τῶν ἄλλων ἡσυχίαν ἦγον, ὑπὲρ δὲ ταύτης τηλικοῦτον συνεστήσαντο πόλεμον.* Isaei or. XI, §. 20. Lys. III, 2. 20. 45. I, 6. VII, 4. XII, 74. XIV, 3. et 32. XIX, 60. Aeschin. in Timarch. §. 41. et 43.

iungatur cum ἐπειδή. Saepenumero enim Graeci τάχιστα, ubi cum ἐπειδή vel ὡς cohaeret, ab hoc seiungunt, vocabulis aliquot interpositis. Vide Xenoph. Cyrop. I, 5, 6. ἐπειδὴ δὲ ᾑρέθη τάχιστα. Herodot. I, 65. ὡς γὰρ ἐπετρόπευσε τάχιστα, μετέστησε τὰ νόμιμα πάντα. ibid. c. 141. ὡς οἱ Λυδοὶ τάχιστα κατεστράφατο ὑπὸ Περσέων. In loco, qui nostro quodammodo comparari potest, Lys. orat. XVIII, 10. ἐπειδὴ δὲ τάχιστα ἦλθον εἰς τὴν Ἀκαδημίαν Λακεδαιμόνιοι καὶ Παυσανίας, λαβὼν τὸν Νικηράτου — — minus longe a se distant vv. ἐπειδὴ et τάχιστα. — Lys. orat. III. Adv. Simon. §. 19. Bk. p. 146. R. καὶ οἱ μὲν ἄλλοι οἱ μετὰ τούτου παροινήσαντες, ἐπειδὴ τάχιστά με εἶδον μετὰ ταῦτα, ἐδέοντό μου συγγνώμην ἔχειν, vulgo olim perperam comma ante μετὰ ταῦτα ponebatur, ita ut μετὰ ταῦτα ἐδέοντό μου cohaererent. Rectior interpungendi ratio, a Tayloro in Indice Regiminum p. 927. R. (ubi vertit *the first time the saw me afterwards*) primo proposita et merito a Reiskio ceterisque editoribus illum secutis comprobata est. Cf. §. 45. et XIX, 48. ὅτε νεωστὶ ἐτεθνήκει ὁ πατήρ. Hic autem non possum quin mentionem iniiciam loci a Criticis valde vexati, qui exstat in Isaei orat. de Cleonymi hered. §. 10. Bk. p. 7. R. ὅτι γοῦν ἐκ ταύτης τῆς ὀργῆς Κλεώνυμος ταύτας ποιεῖται τὰς διαθήκας, οὐχ ἡμῖν ἐγκαλῶν, ὡς ὕστερον ἐσώθη, ἔλεγεν, ὁρῶν δὲ ἡμᾶς ἐπιτροπευομένους ὑπὸ Δεινίου καὶ δεδιὼς μὴ τῆς οὐσίας ἡμετέρας οὔσης γένοιτο κύριος Δεινίας. Scaliger et Stephanus, offensi verbis ὡς ὕστερον ἐσώθη ἔλεγεν, quibus hoc Oratorem dicturum fuisse opinabantur „*uti, posteaquam convaluit, dixit*“, eum scripsisse iudicaverunt aut ὕστερον ἐπειδὴ ἐσώθη aut ὡς ὕστερον σωθεὶς ἔλεγεν. Reiskius vero quum intellexisset, si sic scriberetur, ὅτι coniunctionem ineunti enunciatione positam pendere, probata Stephani coniectura post Δεινίας extrema periodo δῆλόν ἐστι addi voluit. Perperam: locus, si quis alius, sanus est idque iam Taylorus,

cuius in schedis haec pauca „ἔλεγεν, ὡς ὕστερον ἐσώθη, ὅτι“ reperta sunt (quae Reiskii ingenium intelligere non potuisse sanequam demirandum est), videtur perspexisse. Verba enim sic construenda sunt: [Κλεώνυμος] ὡς ὕστερον ἐσώθη, ἔλεγεν, ὅτι — ποιεῖται. Cleonymus, quum exinde e morbo convaluisset, se isto dissidio motum illud testamentum scripsisse dixit, non de nobis conquerentem, sed videntem etc.

Ibid. §. 87. Bk. p. 505. R. Οὐ γὰρ δήπου τοῦτο μόνον οἴεται ἐπ' αὐτοφώρῳ, ἐάν τις ξύλῳ ἢ μαχαίρᾳ πατάξας καταβάλῃ· ἐπεὶ ἔκ γε τοῦ σοῦ λόγου οὐδεὶς φανήσεται ἀποκτείνας τοὺς ἄνδρας, οὓς σὺ ἀπέγραψας. Vehementer erraret, si quis Bremii adnotatione motus οἴεσθαι hic significatione passiva a Lysia usurpatum esse sibi persuaderet. Οἴεται referendum est ad Agoratum, neque officit huic constructioni quod sequitur secunda persona ἐκ τοῦ σοῦ λόγου et σὺ ἀπέγραψας. Recte enim Reiskius: *subito pro more oratorum a tertia persona ad secundam transfert orationem.* Cf. §. 75. εἰ μὲν οὖν μὴ ἀποκτείνας προσποιεῖται, ἀδικεῖ —· εἰ δὲ ἀμφισβητεῖς καὶ φῄς - -. ibid. οὐδέποτε γὰρ πείσεις —, deinde ἐὰν μὲν οὖν φάσκῃ. etc. V. Fr. A. Wolf. ad Demosth. orat. adv. Lept. in Schaef. App. Crit. T. III. p. 267. coll. IV, 287. — Similiter Demosth. orat. adv. Zenothem. §. 19. Bk. καὶ ὅτι ταῦτ' ἀληθῆ λέγω καὶ οὔτ' ἂν ἐξαχθῆναι ἔφη, εἰ μὴ ὑπ' ἐμοῦ, οὔθ' ἃ προυκαλεῖτο περὶ τοῦ ἀναπλεῖν ἐδέχετο — λέγε τὰς μαρτυρίας., Reiskius putabat verbum προκαλεῖσθαι passive esse usurpatum, h. s. *ad quae invitabatur*, aut, si pro medio accipiatur, deesse ὁ Πρῶτος. Recte refragatur Schaeferus (App. Crit. T. IV. p. 511.), monens repentinam subiecti mutationem apud scriptores Graecos esse creberrimam. Cf. eiusdem adnot. ad pag. 721, 8. R.

Orat. XIV. In Alcibiad. I. §. 25. Bk. p. 536. R.

A §pho 23. describit Orator Alcibiadis, adversus quem hanc composuit orationem, nequitiam et improbitatem, dicens §. 25. *οὗτος γὰρ παῖς μὲν ὢν παρ᾽ Ἀρχεδήμῳ τῷ γλάμωνι οὐκ ὀλίγα τῶν ὑμετέρων ἀφῃρημένῳ, πολλῶν ὁρώντων ἔτι μὲν ὑπὸ τῷ αὐτόματι κατακείμενος ἐκώμαζε μεθ᾽ ἡμέραν ἄνηβος, ἑταίραν ἔχων, μιμούμενος τοὺς ἑαυτοῦ προγόνους κ. τ. λ.* Transscripsi hunc locum plurimis mendis obsitum, ut scriptus exstat in editionibus vulgaribus. Primum autem Reiskius ante verba *οὐκ ὀλ. τ. ὑμ. ἀφῃρημένῳ* articulum *τῷ* requisivit: quem hic minime necessarium esse quum probe intellexissent editores sequentes (Augero excepto), Reiskium hac in re non audiverunt. Deinde pro *ἀφῃρημένῳ* cod. Stephani, Coisl. Vind. [C. et X.] praebent *ὑφῃρημένῳ*, quam potiorem lectionem (v. Marklandi adnotat.) iure suo praetulerunt Reisk. omnesque qui post eum Lysiam ediderunt. Tum *ἔτι μέν*, quod omnes libri MSS. praeter unum Laurentianum C. (in quo *νυκτός τε* legitur) tuentur prius a Contio, dein a Reiskio ingeniose mutatum est in *ἐπίνεν*: quemadmodum quin Lysias scripserit vix dubium esse potest. Iam vero sequuntur verba maxime corrupta *ὑπὸ τῷ αὐτόματι*, in quibus e codicibus unus C. a ceteris discrepat *ὑπὸ τῷ αὐτῷ οἰκήματι* habens. Hac tamen lectione omnino nihil lucramur. Est ea haud dubie pars emendationis, qua librarius vel doctus aliquis homo huic loco subvenire voluit. Itaque recentiores editores illa scriptura prorsus spreta aliam ingressi sunt viam. Adsciverunt enim *ὑπὸ τῷ αὐτῷ στρώματι*, quod primus proposuerat Contius, vir sagacissimus, post eum Augerus, eo ductus Reiskii coniectura *ὑπὸ τῷ αὐτῷ στρωματεῖ*. Mihi vero praestabilior est visa ea, quae Taylori debetur ingenio, emendatio (v. lectt. Lysiacc. c. XII. p. 327. ed. R.) *ὑπὸ τῷ αὐτῷ ἱματίῳ*. Etenim propior haec est corruptioni

quam altera *στρώματι*: id quod etiam Bremium, quamvis in adnotatione ad h. l. ipsum contrarium contenderit, bene subducta ratione mihi largiturum esse confido. Bipartito vocabulo, in quo corruptela est, *αὐτόματι* in *αὐτο* et *ματι*, si addideris initio posterioris partis *ι*, fini *ῳ*, habebis *ἱματίῳ*. Praeterea locutio *ἀνακεῖσθαι* s. *κατακεῖσθαι ὑπὸ τῷ αὐτῷ ἱματίῳ* compluribus confirmatur exemplis. Apposite affert Taylorus Lucian. vitiar. auct. (T. III. p. 109. ed. Lehmann. T. I. p. 555. ed. Reitz.) *ἀμέλει, κἂν ὑπὸ ταὐτὸν ἱμάτιόν μοι κατακέωνται, ἀκούσῃ αὐτῶν λεγόντων μηδὲν ὑπ' ἐμοῦ δεινὸν παθεῖν.* et paullo post: *Ἄπιστα λέγεις, τὸ παιδεραστὴν ὄντα μὴ πέρα τῆς ψυχῆς τι πολυπραγμονεῖν· καὶ ταῦτα, ἐπ' ἐξουσίας ὑπὸ**) *τῷ αὐτῷ ἱματίῳ κατακείμενον.* Athen. lib. I. p. 23. D. I, 88. *οἱ δὲ Τυῤῥηνοὶ δειπνοῦσι μετὰ τῶν γυναικῶν ἀνακείμενοι ὑπὸ τῷ αὐτῷ ἱματίῳ.* Nec minus apte huc refert Fr. Iacobsius**) Addit. animadvv. in Athen. p. 17. Petronii Satyr. c. XI. *Quid vesticontubernium facis?* De voce *ἱμάτιον* bene exposuere Lehmannus, vir mihi amicissimus, l. l. et, quem laudat Iacobsius, Perizon. ad Aelian. Var. hist. IX, 3. Significat hoc nexu vestem stragulam, qua se illi lascivi homines cooperiebant, sub qua iacebant. *Στρῶμα* autem quanquam proprie quaecunque expanduntnr et sternuntur significat, tamen plerumque, quod sciam, dicitur de eo, quo lectus vel torus insternitur, quod substernitur quietem vel

*) Sic recte Schmied. et Lehmann. ex cod. 2954. pro vulg. *ἐν*.

**) Hic vir doctissimus nostro loco *ὑπὸ τῷ αὐτῷ εἵματι* legendum esse existimat.. Sed recte reprobatur haec emendatio a Lobeckio ad Phryn. p. 401. docente *εἷμα* vocem poëtarum propriam esse. Praestare igitur ait celeberrimus Phrynichi editor legi *ἱματίῳ*, quod idem Tayloro in mentem venisse modo dixi.

somnum capienti. Cf. modo Demosth. orat. in Timocrat. p. 762, 3. R. στρώμαθ' ὑποσπᾶν, de quibus verbis videsis Schaef. adnot. in App. Crit. T. IV. p. 286. Contium videtur hoc non fugisse: memorans enim coniecturam suam στρώματι simul se insuper malle significat ἐπί pro ὑπό substitui. Tum sane v. στρῶμα nullo pacto in offensionem cadere potest. — Praeterea cf. Lennep. ad Phalar. p. 60. a. ed. Lips.

Paragrapho 32. Bk. p. 545. R. dignus est, ad quem animum attendamus, verborum ordo: καὶ μὲν δὴ ὦ ἄνδρες δικασταί, ἄλλων τε πολλῶν ἄξιον ἕνεκεν αὐτοῦ καταψηφίσασθαι καὶ ὅτι - - . Itidem praepositionem ἕνεκα casui suo postpositam eamque ab illo verbis quibusdam interpositis diremptam reperies orat. XX, 30. ἀλλ' ὧν μὲν ὁ πατὴρ διαβέβληται εἰς ὑμᾶς οὐ δικαίως, τούτων δεῖ ἡμᾶς ἕνεκα ἀπολέσθαι. Demosth. orat. adv. Leptin. §. 88. Bk. καὶ οὐδὲν ἔσθ' ὅτι τοῦ παρακρούσασθαι καὶ φενακίσαι λέγεται παρ' ἡμῶν εἵνεκα: ad quae verba vide Schaef. adnot. in App. Crit. T. III. p. 187., qui laudat Sylburg. ad Dionys. Halicarn. *) T. III. p. 1514. R.

*) Commemoranti mihi hunc scriptorem in mentem veniunt haec eius verba, Orat. Graec. ed. Reisk. T. VI. p. 161. s. p. 4. v. 13. edit. meae Lys.) μίαν μὲν δὴ ταύτην ἀρετὴν ἀξίαν ζήλου καὶ μιμήσεως εὑρίσκω παρὰ τῷ ῥήτορι. Ad vocem μίαν Taylorus haec adnotavit: „*id est* πρώτην, *quo pacto loqui amant Hebraei et N. F. scriptores: sequitur enim* ταύτην δευτέραν τὴν ἀρετὴν et τρίτην ἀποφαίνομαι." De Hebraeis egregie disputavit Gesenius, Vir Illustrissimus, Lehrgeb. d. hebr. Spr. p. 702. rectissime comparans similem Latinorum usum appositeque laudans Sueton. Octav. c. 101. *de tribus voluminibus uno mandata de funere suo complexus est: altero - -: tertio -.* Pari modo optimi Graecorum scriptores in partiendo et enumerando non raro numerum cardinalem εἷς usurparunt, ubi proprie ordinalis πρῶτος erat ponendus. Cf. Demosth. or. in Aristocrat. §. 18. Bk. δίκαιον δ' ἐστὶν ἴσως ἐμὲ ὑπεσχημένον τρία ἐπιδεῖξειν ἓν μὲν ὡς παρὰ τοὺς

Liceat hic commemorare alia quaedam insolentionis verborum collocationis exempla. Lys. or. XIII, 43. *ὑπομιμνήσκων τὰς γεγενημένας συμφορὰς τῇ πόλει.* XX, 36. *τῶν ὑπαρχόντων ἀγαθῶν ἑκάστῳ.* Demosth. in Timocr. §. 5. *τῶν γὰρ ὄντων ἀγαθῶν τῇ πόλει.* In Aphob. II, 20. *πρὸς τῶν ὄντων ἀγαθῶν ὑμῖν.* Adv. Pantaen. §. 5. *τοῦ γιγνομένου τόκου τῷ ἀργυρίῳ.* V. Weisk. in Schaef. App. Crit. T. I. p. 448. ac Schaef. ad or. de coron. §. 176. Bk. p. 287. R. *τὸν ἐφεστηκότα κίνδυνον τῇ πόλει.* et ad orat. in Neaer. §. 7. Bk. p. 1347. R. *ἡ ὑπάρχουσα οὐσία Ἀπολλοδώρῳ.* Lys. XII, 77. *πάντων τῶν πεπραγμένων τοῖς εἰρημένοις τρόποις ὑπ᾽ ἐμοῦ* (v. Krüg. ad Dionys. Halic. Historiogr. p. 139.) — Porro Lys. XIII, 61. *μεθέξεις τῆς τότε πολιτείας καθισταμένης.* Demosth. de coron. §. 293. *τῇ κατὰ τῶν Ἑλλήνων ἀρχῇ πραττομένῃ*: ubi legas, quae adnotavit Schaefer. (Appar. Crit. T. II. p. 367. coll. Popp. in Prolegom. ad Thucyd. I. p. 299. c.) Lys. XIII, 48. *αἴτιος εἶ ἁπάντων τῇ πόλει τῶν κακῶν τῶν γεγενημένων*: ubi tamen ambiguum est, utrum dativus *τῇ πόλει* ad *αἴτιος* an ad *γεγενημένων* sit trahendus. — Praeterea cf. Lys. XIII, 32. *περὶ δὲ τῶν ἄλλων ἀπέχρη ἐν τῇ βουλῇ μήνυσις ἡ γεγενημένη.* ibid. §. 28. *καὶ αὐτὸ τὸ ψήφισμα σοῦ τὸ τῆς βουλῆς καταμαρτυρήσει.* I, 16. *προσελθοῦσα οὖν μοι ἐγγὺς ἡ ἄνθρωπος τῆς οἰκίας τῆς ἐμῆς ἐπιτηροῦσα*, ubi v. Brem. XXI, 21. *οὐκ οἶδ᾽ ὅ τι δεῖ λίαν με ἀκριβῶς ἀπολογούμενον πρὸς ἓν ἕκαστον ὑμῖν τῶν εἰρημένων ἐνοχλεῖν.* ib. §. 27. *ἐγὼ δὲ τούτοιν ὑμῖν τυχὼν ἕξω τὴν χάριν.* XII, 94. *ἐνθυμηθέντες δὲ ὅτι μετ᾽ ἀνδρῶν νῦν ἀρί-*

---

*νόμους τὸ ψήφισμα εἴρηται, δεύτερον δὲ ὡς – –, τρίτον δὲ ὡς – –.* Demosth. orat. in Dionys. §. 21. *ἓν μὲν τοῦτ᾽ ἐστὶν αὐτῷ μέρος τῆς ἀπολογίας, δεύτερον δ᾽ ἐκεῖνο. φησὶ γάρ – .* Herodot. IV, 161. *Θηραίων μὲν γὰρ καὶ τῶν περιοίκων μίαν μοῖραν ἐποίησε, ἄλλην δὲ Πελοποννησίων καὶ Κρητῶν, τρίτην δὲ νησιωτέων πάντων.*

στων πολιτεύεσθε. XVIII, 22. ὥστ' ἔτι ἡμᾶς παῖδας ὄντας - βοηθῆσαι τῷ πλήθει. (Andocid. or. in Alcib. §. 17. Bk. δεομένου δὲ καὶ προφάσεις ἀληθεῖς λέγοντος ὡς οὐκ ἂν δύναιτο ταῦτα πράττειν ἤδη διὰ τὸ συγγραφὰς ἔχειν παρ' ἑτέρων. pro διὰ τὸ ἤδη συγγρ. ἔχ.) — VI, 17. ὀργίζεσθαι οὖν χρὴ - τοῖς ἀστοῖς ἀδικοῦσι μᾶλλον ἢ τοῖς ξένοις περὶ ταῦτα τὰ ἱερά. ib. §. 3. ἐπισταμένοις ὅτι ἐναργῶς τῷ θεῷ τούτῳ τιμωρεῖται τοὺς ἀδικοῦντας. XII, 64. ὥσπερ πολλῶν ἀγαθῶν αἰτίου ἀλλ' οὐ μεγάλων κακῶν γεγενημένου. — XIX, 52. ὥστ' ᾤοντο εἶναί τινες αὐτῷ πλέον ἢ ἑκατὸν τάλαντα. III, 12. καὶ οἱ μέν τινες αὐτῷ τῶν παραγενομένων οὐκ ἠθέλησαν συνεξαμαρτεῖν. — I, 17. πάντα μου εἰς τὴν γνώμην εἰσῄει: et ibid. ταῦτά μου πάντα εἰς τὴν γνώμην εἰσῄει. XII, 32. νῦν δέ σου τὰ ἔργα φανερὰ γεγένηται. Dem. in Everg. et Mnesib. §. 52. ἐλθὼν μου τὰ πρόβατα λαμβάνει. ib. §. 65. τὸν δ' Εὔεργον οὐδ' ᾔδειν εἰσεληλυθότα μου εἰς τὴν οἰκίαν. Aeschin. or. in Ctesiph. §. 37. εἰ - τοιοῦτον ἔθος παραδέδωκεν ὑμῶν εἰς τὴν πολιτείαν: ubi v. Bremii adn. in edit. Goth. — In transcursu attingam locum or. in Pancleon. §. 5. Bk. p. 732. R. ἐκ μὲν τούτων πεισθεὶς πρὸς τὸν πολέμαρχον αὐτῷ τὴν δίκην ἔλαχον· ἐπειδὴ δέ μοι αὐτὴν ἀντεγράψατο μὴ εἰσαγώγιμον εἶναι, περὶ πολλοῦ ποιούμενος μηδενὶ δόξαι ὑβρίζειν βούλεσθαι μᾶλλον ἢ δίκην λαβεῖν — Hic cum codice Laurentiano Bekk. et Brem. μᾶλλον βούλεσθαι ἢ exhibuerunt: ego, trium infinitivorum concursu *) non offensus, vulgatum verborum ordinem βούλεσθαι μᾶλλον ἢ turbare nolui. Animadverti enim quum alios scriptores tum maxime Lysiam nostrum libenter in locutione μᾶλλον βούλεσθαι ἢ prius verbum βούλεσθαι, tum, saepe pluribus interiectis verbis, μᾶλλον ἢ ponere.

*) Cf. modo orat. XXXI, 5. διὰ τὸ ἀναγκαῖον σφίσιν αὐτοῖς ἡγεῖσθαι εἶναι μετέχειν τὸ μέρος τῶν δεινῶν -, alios locos ut praeteream.

Cf. §. 12. *ὅστις γὰρ ἐβουλήθη βίᾳ ἀφαιρεθεὶς ἐνόχους καταστῆσαι τοὺς ἑαυτοῦ ἐπιτηδείους τοῖς βιαίοις μᾶλλον ἢ - δίκην λαβεῖν.* XIV, 9. *ἐβουλήθη καὶ ἄτιμος εἶναι - καὶ πάσαις ταῖς κειμέναις ζημίαις ἔναχος γενέσθαι μᾶλλον ἢ μετὰ τῶν ὁπλιτῶν εἶναι.* ib. §. 38. - - *καὶ πάσης πόλεως ἐβούλετο πολίτης γενέσθαι μᾶλλον ἢ τῆς πατρίδος εἶναι τῆς ἑαυτοῦ.* XXXI, 9. *βουληθεὶς παρ' ἐκείνοις μετοικεῖν μᾶλλον ἢ μεθ' ἡμῶν πολίτης εἶναι.* XIX, 37. *βούλονται γὰρ πάντες ὑπὸ τῶν παίδων θεραπεύεσθαι ἔχοντες χρήματα μᾶλλον ἢ ἐκείνων δεῖσθαι ἀποροῦντες.* ib. §. 54. - - *βούλεσθε ἡμᾶς δικαίως σῶσαι μᾶλλον ἢ ἀδίκως ἀπολέσαι.* Sic II, 12. *καὶ ἠξίουν - - - διαμάχεσθαι μᾶλλον ἢ τοῖς δυν. κ. τ. λ.*: ibidem tamen §. 62. *μᾶλλον* etiam ante *βούλεσθαι* positum reperitur: *μᾶλλον βουληθέντες ἐν τῇ αὑτῶν ἀποθνήσκειν ἢ ζῆν*, ut XXXI, 9. *ἐπὶ κατειργασμένοις μᾶλλον ἐλθεῖν βουλόμενος ἢ συγκατελθεῖν κ. τ. λ.*

Ibid. §. 37. Bk. p. 548. R. Quum Alcibiadis filius gloriaretur, quod pater tantum potentia in civitate valuisset, ut ei omnium malorum exstitisset auctor, Orator eum hoc nomine acerbe increpat et traducit, docens Alcibiadem potentia non facile cuiquam, improbitate autem cuilibet civium praestitisse: *ἃ μὲν γὰρ ᾔδει τῶν ὑμετέρων κακῶς ἔχοντα, μηνυτὴς αὐτοῖς Λακεδαιμονίοις ἐγένετο.* Hic primus Marklandus perturbatus est pronomine *αὐτοῖς*, pro quo vel *τοῖς* vel *αὐτός* vel *αὐτῶν* legi praestare dicit. Secundam harum emendationum persuasit Reiskio et Augero, neque vero Bremio. Hic librorum lectionem retinuit, hoc in *αὐτοῖς* inesse autumans: *tantum abfuisse, ut civitatem suam a Lacedaemoniorum dominatu liberaverit, ut ipsis adeo viam monstraverit, qua partes infirmissimas aggrederentur.*" Sed mea quidem sententia maiorem vim tribuit vir eruditissimus his verbis quam quae in iis inest. Per se nihil aliud videntur significare posse, quam hoc: si quam reipublicae labem noverat, eam ipsis

Lacedaemoniis i. e. non infirmioribus minusque infensis hostibus, sed acerbissimis adeo nocentissimisque indicabat. Haec sententia non inepta quidem et absona hoc loco est: nescio tamen an melius sit scribi: – μηνυτὴς οὐ τοῖς Λακεδαιμονίοις ἐγένετο; nonne Lacedaemoniis indicabat? Sic haec res non ut ignota et nova profertur, sed potius ut omnibus nota et testata in memoriam auditorum revocatur.

Ibid. §. 41. Bk. p. 550. sq. R. dicit Lysias noster, eiusmodi hominibus, qualis Alcibiades ceterique de eadem gente fuerint, non esse parcendum. *Οὐχ οἱ μὲν πολλοὶ αὐτῶν ἡταιρήκασιν – –, οἱ δὲ μυστήρια πεποιήκασι καὶ τοὺς Ἑρμᾶς περικεκόφασι καὶ περὶ πάντας τοὺς θεοὺς ἠσεβήκασι καὶ εἰς ἅπασαν τὴν πόλιν ἡμαρτήκασιν, ἀδίκως καὶ παρανόμως καὶ πρὸς τοὺς ἄλλους διακείμενοι καὶ πρὸς σφᾶς αὐτοὺς πολιτευόμενοι, οὐδεμιᾶς τόλμης ἀπεχόμενοι οὐδὲ ἔργου δεινοῦ ἄπειροι γεγενημένοι*; Bekkerus in Addendis pro *διακείμενοι – πολιτευόμενοι* ait fortasse legendum esse ordine inverso *πολιτευόμενοι – διακείμενοι*. Si recte percepi viri celeberrimi mentem, in eo offendit, quod hic Orator verbo *πολιτεύεσθαι*, quod ad vitam publicam, ad solem et pulverem, ut aiunt, spectat, usus est, ubi de iniusta, quam inter se isti homines degebant, vita loquitur, verbo autem generaliori *διακεῖσθαι*, *affectum esse*, ubi de eorum cum ceteris civibus agendi et vivendi ratione agit. Fateor me quoque hoc mirari verisimiliusque mihi videri, si orator in hoc enunciationis membro utroque usus sit verbo, eum verbo *πολιτεύεσθαι* priorem locum, posteriorem verbo *διακεῖσθαι* assignasse. Verum fortassis omnino non utrumque verbum hoc in colo una usurpavit, sed prius tantum *διακεῖσθαι*. Verba sic videtur distinxisse: *ἀδίκως καὶ παρανόμως καὶ πρὸς τοὺς ἄλλους διακείμενοι καὶ πρὸς σφᾶς αὐτούς, πολιτευόμενοι οὐδεμιᾶς τόλμης ἀπεχόμενοι οὐδὲ κ. τ. λ.* Copu-

lam ante πολιτευόμενοι nemo desiderabit: ea enim, etiamsi vulgaris interpungendi ratio retineatur, deest. Nec magis timendum est ne quis in participiis πολιτευόμενοι - ἀπεχόμενοι nulla particula iunctis offendat. Πολιτευόμενοι est ἐν τῷ πολιτεύεσθαι: in vita publica, civili, a nullo abstinentes facinore. (Hoc πολιτευόμ. ne quis supervacaneum putet, moneo propter verba praegressa καὶ πρὸς σφᾶς αὐτοὺς esse additum.) Cf. Demosth. de fals. leg. §. 138. Bk. ἐπειδὰν δ' ἀκούῃ λέγοντας εὐδοκιμοῦντας i. e., uti recte explicat Reiskius, εὐδοκιμοῦντας ἐν τῷ λέγειν. ibid. §. 132. πῶς γὰρ οὐκ αἰσχρὸν ὑμᾶς - εἰς τὸ δικαστήριον εἰσελθόντας τὰς ὑπὲρ τούτων εὐθύνας δικάσοντας ὅρκον ὑπὲρ τῆς πόλεως ὀμωμοκότας - τοῦτον ἀφεῖναι; v. Schaef. ad h. l. (p. 382. R.) et ad p. 644, 25. Sophocl. Oed. Colon. v. 172. (174.) μή δῆτ' ἀδικηθῶ σοι πιστεύσας μεταναστάς i. e. ὅτι ἐπίστευσά σοι μεταναστάς. v. Hermanni V. C. adnot. - Lys. in Eratosth. §. 78. τῷ καλλίστῳ ὀνόματι χρώμενος δεινοτάτων ἔργων διδάσκαλος καταστάς. Orat. XXII, 2. ἡγούμενος δὲ ἐγὼ δεινὸν εἶναι τοιαῦτα ἐθίζεσθαι ποιεῖν τὴν βουλὴν ἀναστὰς εἶπον. XXXII, 10. etc.

Eiusdem orat. §. 46. Bk. p. 552. R. Ἐγὼ μὲν οὖν ὡς ἐδυνάμην ἄριστα κατηγόρηκα, ἐπίσταμαι δ' ὅτι οἱ μὲν ἄλλοι τῶν ἀκροωμένων θαυμάζουσιν, ὅπως ποθ' οὕτως ἀκριβῶς ἐδυνήθην ἐξευρεῖν τὰ τούτων ἁμαρτήματα, οὗτος δέ μου καταγελᾷ, ὅτι οὐδὲ πολλοστὸν μέρος εἴρηκα τῶν τούτοις ὑπαρχόντων κακῶν. In hac periodo Bekkerus articulum τό, qui in editionibus vulgaribus ante vv. πολλοστὸν μέρος positus est, auctoritate Laurentiani C. delevit, Bremius autem reposuit. Uter rectius egerit, non potest diu ambiguum esse. Cf. §. 29. ὥσπερ δυνάμενος ἂν πολλοστὸν μέρος τῶν ὀνειδῶν - τοῖς ἄλλοις μεταδοῦναι. XIX, 34. - ὅτι οὐδὲ πολλοστὸν μέρος τῆς δόξης τῆς παρ' ὑμῖν ἐφάνη τὰ χρήματα. ibid. §. 35. τῶν οὖν ὠφελειῶν Κόνωνα εἰκὸς πολλοστὸν μέρος ἄλλῳ τινὶ μεταδιδόναι. ibid. §. 39. ἐδήλωσαν ὅτι

πολλοστὸν μέρος ἣν τὰ χρήματα ὧν ὑμεῖς προσεδοκᾶτε. ib. §. 42. ὁστισοῦν - πολλοστὸν μέρος τὰ Νικοφήμου τῶν Κόνωνος χρημάτων ᾠήθη ἂν εἶναι. XXV, 2. οὐδὲ γὰρ πολλοστὸν μέρος τῶν ἐκείνοις πεπραγμένων εἰρήκασιν. Demosth. IX, 25. μᾶλλον δὲ οὐδὲ πολλοστὸν μέρος τούτων ἐκεῖνα. XXXVI, 41. καὶ τοσαῦτ' ἀνηλωκὼς, ὅσ' ὑμεῖς ἠκούσατε, οὐδὲ πολλοστὸν μέρος τῶν προσόδων - εἰς τὰς λειτουργίας. XLIII, 9. ἀλλ' οὐδ' ἀπολογήσασθαί μοι ἐξεγένετο οὐδὲ πολλοστὸν μέρος ὧν κατεψεύδοντο ἡμῶν. Adde Isae. or. VIII, 37. Xenoph. Memor. IV, 6, 7. Apparet ex his locis, quorum numerus facili negotio adaugeri potest, Graecos ad vv. πολλοστὸν μέρος articulum non adhibuisse laudandumque igitur Bekkerum esse quod eum nostro loco expunxerit. Si quid alicui scriptori adiicere placebat, pron. τι addebat, veluti Andoc. de reditu, §. 8. πολλοστὸν δή τι ἐγὼ μέρος τῆς αἰτίας εὑρέθην ἔχων. — Ceterum perlegere non abs re erit quae bene de adi. πολλοστός disputaverunt Schaeferus in Appar. crit. ad Demosth. T. IV. p. 285. et Buttmann. Gr. Gramm. max. T. I. p. 288.

Venio ad locum misere laceratum, qui inest in orat. XIX. Pro bonis Aristophanis. §. 25. Bk. p. 628. sqq. R. Ῥᾴδιον μὲν οὖν ἐκ τῶν εἰρημένων γνῶναι ὅτι τοιούτων καιρῶν συμπεσόντων οὐδενὸς ἂν ἐφείσατο τῶν ἑαυτοῦ· ὃ δὲ μέγιστον τεκμήριον· Δῆμος γὰρ ὁ Πυριλάμπους τριηραρχῶν εἰς Κύπρον ἐδεήθη μου προσελθεῖν αὐτῷ, λέγων ὅτι ἔλαβε σύμβολον παρὰ βασιλέως τοῦ μεγάλου φιάλην χρυσῆν, ὡς Ἀριστοφάνη λαβεῖν ἑκκαίδεκα μνᾶς ἐπ' αὐτῇ, ὡς ἔχοι ἀναλίσκειν εἰς τὰς τριηραρχίας. Pro φιάλην χρυσῆν ante Bekkerum vulgabatur φιάλης μὲν χρυσῆς: laudandus vero vir ille doctissimus, quod ex codice Laurentiano C. accusativum pro genitivo reposuit omissa particula μέν. Sequuntur verba ὡς Ἀριστοφάνη λαβεῖν ἑκκαίδεκα μνᾶς ἐπ' αὐτῇ: sub quibus Bremius hanc subiectam esse ait sententiam: „rogabat, ut Aristophani - persuaderet, ut

sedecim sibi minas procuraret accepta pignoris loco phiala", addens: „verbum λαβεῖν generaliter videtur accipiendum, *capere quod des alteri,* h. l. pecuniam sive ex ipsius opibus sive ex aliorum mutuo sumtam." Sed praeterquam quod, si hoc sibi voluisset orator, haud dubie particulam copulativam ante ὡς posuisset et praeterea pro infinitivo usus fuisset optativo: certum mihi exploratumque videtur, eum non usurpaturum fuisse verbum λαβεῖν ea ratione, quam Bremius excogitavit, quum ei verendum esset, ne a quolibet fere sententia falso intelligeretur. Nec magis mihi satisfaciunt coniecturae Marklandi et Reiskii, quorum ille βαλεῖν pro λαβεῖν legendum esse censet, hic δανείσαντα post λαβεῖν inserendum putat. Itaque ipse periculum feci loci huius in integrum restituendi. Arbitror autem sic scripsisse Lysiam: λέγων ὅτι ἔλαβε σύμβολον παρὰ βασιλέως τοῦ μεγάλου φιάλην χρυσῆν καὶ ὡς Ἀριστοφάνης λαβὼν ἑκκαίδεκα μνᾶς ἐπ' αὐτῇ παρέχοι ἀναλίσκειν εἰς τὰς τριηραρχίας. Primum igitur καί ante ὡς addidi: qua in re non ingenio obsecutus sum, sed codici Laurentiano copulam ad ὡς addenti. Deinde accusativum Ἀριστοφάνην (ut vulgo legitur) s. Ἀριστοφάνη (ut Bekk. et Brem. e C. dederunt) in nominativum Ἀριστοφάνης immutavi: quae mutatio adeo est lenis, ut de ea pluribus a me disseri omnino non sit necessarium. Non maior violentiorque est mutatio infinitivi λαβεῖν in participium λαβών, ad quod cogitatione addendum est φιάλην χρυσῆν. Pariter vero atque hic positum reperies hoc participium orat. XII, 8, ἠρώτων εἰ βούλοιτό με σῶσαι χρήματα λαβών. (coll. §. 10.) XXVI, 23. τὴν ἐν Βοιωτοῖς πολιτείαν χρήματα λαβὼν μετέστησε. Denique παρέχοι effeci ex vulg. ἂς ἔχοι, pro quo X. Coisl. Vind. Bessar. ἂν ἔχοι exhibent, C. ὡς ἂς ἔχοι, quem ex parte secuti sunt Bekk. et Brem. ὡς ἔχοι scribentes. Παρέχειν autem de suppeditanda et

et mutuo danda pecunia saepe apud Lysiam reperitur. Cf. §. 22. Ἀριστοφάνης δ' οὖν τῶν χρημάτων τὰ μὲν πλεῖστα αὐτὸς παρέσχεν. §. 59. τοῖς δ' εἰς ταφὴν παρεῖχεν ἀργύριον. §. 43. εἰς δὲ τὸν ἀπόστολον τῶν τριήρων - - παρέσχε τρισμυρίας δραχμάς. XIV, 37. ὑποσχόμενος δὲ ἑαυτὸν παρέξειν βασιλέα χρήματα. XXVI, 24. εἰ μὴ τοῦτο αὐτῷ παρὰ σφῶν αὐτῶν παράσχοιεν. Isocrat. περὶ τοῦ ζεύγ. §. 18.. — Infinitivus autem activi ἀναλίσκειν post παρέχειν positus non timeo ne cuiquam copiam facturus sit emendationis meae in suspicionem adducendae. Cf. Lycurg. in Leocr. §. 147. οὐ παρασχὼν τὸ σῶμα τάξαι τοῖς στρατηγοῖς. ibid. §. 87. οἱ Ἀθηναῖοι κήρυκα πέμψαντες ἠξίουν δοῦναι τὸν βασιλέα θάψαι: ad quem locum vid. adnotat. Blumii (p. 113.). Lys. XXXI, 9. οὐδ' ἔστιν ὅπου ἑαυτὸν ὑμῖν τάξαι παρέσχε. XXII, 2. ὥστε ἔλεγόν τινες τῶν ῥητόρων ὡς ἀκρίτους αὐτοὺς χρὴ τοῖς ἕνδεκα παραδοῦναι θανάτῳ ζημιῶσαι. XX, 27. σκέψασθε δὴ καὶ τοῦ πατρὸς τὴν ἐπιστολήν, ἣν ἔδωκεν ἀποδοῦναί μοι. Andocid. de Myster. p. 11, 27. HSt. Xenoph. Anab. VI, 4, 16. et Krüg. ad h. l. et ad II, 3, 21. atque inprimis Mathiaei Gr. Gr. p. 1039. et p. 1050. Sensus huius loci est igitur fere hic: Demus Pyrilampis filius triremi in Cyprum mittendae praefectus rogavit me ut adirem Aristophanem, dicens se accepisse a rege Persarum pateram auream pignoris loco, quam vellet accipere Aristophanem ipsique suppeditare sedecim minas, quae insumerentur triremi instruendae. Quod hic, in priori membro coniunctione ὅτι usurpata, in altero particula ὡς est posita, plane congruit cum Lysiae more, orationis variandae causa sic saepe loquentis. Vide §. 41. καὶ οὐδενὶ οἷόν τε εἰπεῖν ὅτι διηρπάσθη ἢ ὡς οὐ δικαίως ἀπεφάνθη. §. 55. - - καὶ ὅτι οὐκ ἐξήρκει τὰ ἐκείνου εἰς τὸν ἔκπλουν, ἀλλὰ καὶ ὡς ἄλλοθεν προσεδανείσατο ἀκηκόατε. Orat. XVII, 2. Ὅτι μὲν οὖν ἔλαβε τἀργύριον καὶ ὡς

τοσοῦτόν γε ἐδεήθη δανεῖσαι, ὧν ἐναντίον ἐδόθη, μάρτυρας ὑμῖν παρέξομαι. XXVI, 3. λέξειν δὲ ὡς πολλὰ εἰς τὴν πόλιν ἀνηλώκασι - - καὶ ὅτι αὐτὸς κόσμιός ἐστι. Adde Isaei or. V. §. 3. Xenoph. Histor. graec. V, 2, 35. Parthen. p. 6. ed. Passow. Hinc facile potest intelligi, qui factum sit, ut Graeci non raro, ubi, ὅτι coniunctione ab initio positâ, verba inde apta aliis interiectis ab ea dirimuntur, non ὅτι repeterent, sed ὡς eius loco ponerent, aut contra pro ὡς dein ὅτι inferrent. Ut Isocrat. orat. XXI. πρὸς Εὐθύνουν §. 8. Bk. p. 380. Dindorf. Ὅτι δ', εἰ καὶ μηδὲν αὐτὸν ἐκώλυεν, ἀλλὰ καὶ ἐξῆν καὶ ἐβούλετο συκοφαντεῖν, ὡς οὐκ ἂν ἐπ' Εὔθυνουν ἦλθε, ῥᾴδιον γνῶναι: ubi meo iudicio non bene egerunt Bekkerus et G. Dindorfius, ex Corais coniectura pro ὅτι, quod omnes tenent libri MSS., substituentes ἔτι. Xenoph. Histor. graec. VI, 4, 37. Οἱ δέ τινες (sc. λέγουσι) ὡς, ἐπεὶ παῖδες αὐτῷ οὐκ ἐγίγνοντο ἐκ ταύτης, ὅτι πέμπων εἰς Θήβας ἐμνήστευε τὴν Ἰάσονος γυναῖκα ἀναλαβεῖν. v. Weisk. de Pleonasm. p. 208. Platon. Hipp. mai. p. 281. C. - τί ποτε τὸ αἴτιον ὅτι οἱ παλαιοὶ ἐκεῖνοι - - ὡς ἢ πάντες ἢ οἱ πολλοὶ αὐτῶν φαίνονται ἀπεχόμενοι τῶν πολιτικῶν πράξεων; ubi legas velim Heindorfii adnotationem, item Isocratis verba supra a me allata laudantis.

Eiusdem orationis §. 48. Bk. p. 649. R. Καλλίας τοίνυν ὁ Ἱππονίκου, ὅτε νεωστὶ ἐτεθνήκει ὁ πατήρ, ὃς πλεῖστα τῶν Ἑλλήνων ἐδόκει κεκτῆσθαι - - τὸ τούτου τοίνυν τίμημα οὐδὲ δυοῖν ταλάντοιν ἐστί. Hoc loco, de quo iam in Commentat. crit. p. 3. nonnulla dixi, Bekkerus et Bremius cum Reiskio ὃς ante πλεῖστα expunxerunt et inter vv. Ἱππονίκου et ὅτε inseruerunt. Quum autem hoc vocabulum in omnibus libris MSS. ante πλεῖστα positum compareat, malim servari ibi et immutari in ὡς: pronomen vero relativum, quod propter iteratam particulam τοίνυν ante ὅτε requiritur, facile efficitur aut ex duabus postremis nominis Ἱππονίκου litteris aut ex ὅτε

sequenti. Lege igitur: ὡς, ὅτε νεωστὶ ἐτεθνήκει ὁ πατὴρ, ὡς πλεῖστα τῶν Ἑλλ. ἐδόκει κεκτῆσθαι. Quod reliquum est, moneo Lysiam libenter ὡς cum πλεῖστοι coniungere. v. XIII, 55. XII, 61. III, 22. XXV, 8. et 24. etc.

Ibidem §. 51. Bk. p. 654. *αἴτιοι οὖν εἰσὶ καὶ ὑμῖν πολλῶν ἤδη ψευσθῆναι καὶ ἰδίᾳ ἀδίκως τινὰς ῥᾳδίως ἀπολέσθαι οἱ τολμῶντες ψεύδεσθαι καὶ συκοφαντεῖν ἀνθρώπους ἐπιθυμοῦντες.* Bekkerus in Addendis pro ἀπολέσθαι legendum esse coniicit ἀπολέσαι: ac sane propter praegressa vv. αἴτ. — ψευσθ. (*isti homunciones in caussa sunt, ut vos iam in multorum bonis aestimandis erraveritis*) per se aptius esset, si sequeretur, *et ut praeter ius et fas facile quosdam perdideritis.* Sed non semel scriptores talem concinnitatem quasi consulto refugerunt et celeriter commutarunt subiecta, antea activum, dein passivum vel verbum intransitivum ponentes. V. Antiph. κατηγορ. φαρμακ. §. 26. Bk. p. 115. R. *πῶς οὖν ταύτην ἐλεεῖν ἄξιόν ἐστιν ἢ αἰδοῦς τυγχάνειν παρ᾽ ὑμῶν ἢ ἄλλου του;* ubi concinnitati magis prospectum fuisset, si ἐλεεῖσθαι esset scriptum aut pro τυγχάνειν verbum aliquod transitivum positum. Andocid. or. in Alcibiad. §. 9. *ὥστε δεινὸν νομίζω τοὺς μὲν ἁλόντας μιᾷ ψήφῳ μόνον ἀποθνήσκειν καὶ τὰ χρήματα δημεύειν αὐτῶν, τῶν δὲ νικησάντων πάλιν τὰς αὐτὰς κατηγορίας ὑπομένειν:* ubi cave morem geras Reiskio δημεύεσθαι legi iubenti. Isocratis orat. XXI. πρὸς Εὐθύνουν. §. 8. ed. Bekk. (quem locum iam supra p. 46. attuli) *Ὅτι δ᾽, εἰ καὶ μηδὲν αὐτὸν ἐκώλυεν, ἀλλὰ καὶ ἐξῆν καὶ ἐβούλετο συκοφαντεῖν, ὡς οὐκ ἂν ἐπ᾽ Εὐθύνουν ἦλθε, ῥᾴδιον γνῶναι.* Orat. I, 6. - *ἐπειδὴ ἔδοξέ μοι γῆμαι καὶ γυναῖκα ἠγαγόμην εἰς τὴν οἰκίαν, τὸν μὲν ἄλλον χρόνον οὕτω διεκείμην ὥστε μήτε λυπεῖν μήτε λίαν ἐπ᾽ ἐκείνῃ εἶναι ὅ τι ἂν θέλῃ ποιεῖν* -: ubi Marklandus et Taylorus vehementer sunt falsi. Huc etiam hunc locum possis referre: orat. XII, 79. *ἥκει δ᾽ ὑμῖν ἐκεῖνος ὁ καιρὸς, ἐν ᾧ δεῖ συγγνώμης καὶ ἔλεον*

*μὴ εἶναι ἐν ταῖς ὑμετέραις γνώμαις, ἀλλὰ παρὰ Ἐρατοσθένους καὶ τῶν τουτουῒ συναρχόντων δίκην λαμβάνειν.* Hic tamen quae sequuntur, *μηδὲ μαχομένους μὲν κρείττους εἶναι κ. τ. λ.*, satis excusant minorem membrorum concinnitatem. Adde XIV, 9.

Orat. XX. Pro Polystrato, §. 6. Bk. p. 669. R.

*Οὗτος δὲ πρῶτον μὲν ἄρξας ἐν Ὠρωπῷ οὔτε προέδωκε καὶ ἑτέραν πολιτείαν κατέστησε, τῶν ἄλλων ἁπάντων, ὅσοι ἦρχον, καταπροδόντων τὰ πράγματα. οἱ δ' οὐχ ὑπέμειναν καταγνόντες σφῶν αὐτῶν ἀδικεῖν· ὁ δὲ ἡγούμενος μηδὲν ἠδικηκέναι δίκην δίδωσι**).

Hoc in loco quum particula *οὔτε* semel tantum posita reperiatur: Taylorus, cuius auctoritate motus est Augerus, *καὶ* ante *ἑτέραν* transformandum censuit in *οὔτε*, Reiskius vero ante vv. *οἱ δ' οὐχ ὑπέμειναν* deesse sibi persuasit haec *οὔτ' ἀπεδίδρασκε τὴν δίκην*. Neutra harum emendationum non displicet. Equidem prius existimabam *οὔτε* in *οὐ* immutandum esse, syllaba *τε* exorta

*) Haud procul ab hoc loco (§. 8.) leguntur verba vexatissima, *τῶν γὰρ λεγόντων ἐναντία ἐκείνοις οἱ μὲν ἔφευγον, οἱ δ' ἀπέθνησκον, ὥστ', εἴ τις καὶ ἐβούλετο ἐναντιοῦσθαι ὑπὲρ ὑμῶν, τὸ δέος καὶ ὁ φόβος τῶν πεπονθότων ἀπέτρεπε πάντας κ. τ. λ.*: quae quomodo sint emendanda quamvis non habeam dicere: at hoc certe videor mihi contendere posse, Reiskii emendationem *φόνος* pro *φόβος* non esse probandam. Verba *τὸ δέος καὶ ὁ φόβος* haud dubie sunt sana: saepe coniunguntur a Graecis scriptoribus. Vide Plat. Protagor. p. 358. D. *τί οὖν; ἔφην ἐγὼ, καλεῖτέ τι δέος καὶ φόβον*; Demosth. or. XXI, 124. *οὐ δὴ δεῖ παρορᾶν τὰ τοιαῦτα οὐδὲ τὸν ἐξείργοντα δέει καὶ φόβῳ τὸ δίκην ὧν ἂν ἡμῶν ἀδικηθῇ τις λαμβάνειν παρ' αὐτοῦ ἄλλο τι χρὴ νομίζειν ποιεῖν ἢ κ. τ. λ.* Dem. XXIII, 103. *τὸ τοίνυν ψήφισμα τουτὶ – – τοῖς τῶν ἑτέρων βασιλέων στρατηγοῖς φόβον καὶ δέος – παριστάν.* Herodot. IV, 115. *ἡμέας ἔχει φόβος τε καὶ δέος*, quae verba affert Ammonius s. v. *δέος*: cf. Stallb. ad Prot. l. l.

orta ex subsequenti littera *π.*: nunc autem non dubito quin locus omnino sit integer et incorruptus. Inest sane anacoluthia quaedam, non graviter tamen ferenda. Scribens enim verba *οὔτε προέδωκε* in animo habebat Orator postea sic fere pergere: *οὔτ' ἐποίησε ταῦτα τοῖς ἄλλοις, οἳ οὐχ ὑπέμειναν καταγνόντες σφῶν αὐτῶν ἀδικεῖν, ἀλλὰ* — etc.: postquam autem haec, *τῶν ἄλλων ἁπάντων ὅσοι ἦρχον καταπροδόντων τὰ πράγματα*, protulit, initii immemor, quae a ceteris porro facta sint, prius refert, quam qua ratione se gesserit Polystratus. Verba autem *καὶ - κατέστησε* artissime sunt coniungenda cum praecedentibus *οὔτε προέδωκε* ex hisque ad illa negatio est repetenda: *οὔτε προέδωκε καὶ οὐ κατέστησε.* Sic orat. in Agor. §. 26. *εἰ μή τί σοι ἦν παρεσκευασμένον καὶ ἐπίστευες μηδὲν κακὸν πείσεσθαι* — i. e. *καὶ μὴ ἐπίστευες.* or. X. in Theomnest. I. §. 26. *μὴ τοίνυν ἀκούσαντα Θεόμνηστον κακῶς τὰ προσήκοντα ἐλεεῖτε καὶ ὑβρίζοντι - συγγνώμην ἔχετε.* (In altera in Theomnestum oratione, §. 9. negatio iterata est, *μὴ δὴ κακῶς ἀκούοντα τὰ προσήκοντα ἐλεεῖτε μηδ' ὑβρίζοντι - συγγνώμην ἔχετε.*) Ceterum conferas cum loco nostro quae in Orat. XXV, §. 14. leguntur: *ἐγὼ γὰρ - οὔτε ἐπὶ τῶν τετρακοσίων ἐγενόμην· (ἢ τῶν κατηγόρων ὁ βουλόμενος παρελθὼν ἐλεγξάτω·) οὐ τοίνυν οὐδ' ἐπειδὴ οἱ δέκα κατέστησαν, οὐδείς με ἀποδείξει οὔτε βουλεύσαντα οὔτε ἀρχὴν οὐδεμίαν ἄρξαντα* *): ubi eadem fere anacoluthia obtinet.

---

*) Paullo post haec verba, §. 20, Orator in hanc sententiam loquitur: *οὐ τοίνυν ἄξιον χρῆσθαι τούτοις, οἷς ἐκείνους ἑωρᾶτε ἐξαμαρτάνοντας, οὐδὲ ἃ πάσχοντες ἄδικα ἐνομίζετε πάσχειν, ὅταν ἑτέρους ποιῆτε, δίκαια ἡγεῖσθαι.* Bremius posteaquam dixit, Bekkeri cod. pro *ἡγεῖσθαι* praebere *ἡγεῖσθε*, addit: haud rara quidem est variatio apud scriptores, ut ex constructione *χρή, ἄξιόν ἐστι* et simil. cum infinitivo transeant in simplicem im-

Ibid. §. 24. Bk. p. 685. sq. R. Demonstraturus Orator patrem perquam civilem fuisse, primum asseverat nullam eum militiam detrectasse et, quamvis opes suas occulere potuisset, id non fecisse, sed et contribuisse et muneribus summis functum esse: tum etiam liberos ita instituisse, ut reipublicae utilissimi esse possent. *Καὶ ἐμὲ μὲν εἰς Σικελίαν ἐξέπεμψεν, ὑμῖν δ᾽ οὐκ ἦν, ὥστ᾽ εἰδέναι τοὺς ἱππέας οἷος ἦν τὴν ψυχὴν, ἕως τὸ στρατόπεδον σῷον ἦν· ἐπειδὴ δὲ διεφθάρη καὶ ἀνεσώθη εἰς τὴν Κατάνην, ἠλπιζόμην ὁρμώμενος ἐντεῦθεν καὶ τοὺς πολεμίους κακῶς ἐποίουν· — — καὶ ἐπειδὴ Καταναῖοι ἠνάγκαζον ἱππεύειν, ἵππευον· καὶ οὐδενὸς οὐδ᾽ ἐνταῦθα κινδύνου ἀπελειπόμην, ὥστ᾽ εἰδέναι ἅπαντας οἷος ἦν τὴν ψυχὴν ἱππεύων τε καὶ ὁπλιτεύων. ὑμῖν τοὺς μάρτυρας παρέξομαι.* Sic editiones vulg. exhibent hunc locum, non minime, ut liquet, depravatum et corruptum. Quem si recte emendare volemus, inprimis verba posteriora, *ὥστ᾽ εἰδέναι ἅπαντας οἷος ἦν τὴν ψυχὴν ἱππεύων τε καὶ ὁπλιτεύων*, accuratius contemplari debebimus. Iis enim declaratur, in prioribus oratorem enarrasse prius quo animo in militia equestri, tum qualis in militia pedestri fuerit. Prior pars, ubi de militia equestri agitur, optime se habebit, si cum codice C. legamus: *ὑμῖν δ᾽ οὐκ ἦν, ὥστ᾽ εἰδέναι κατειλεγμένον εἰς τοὺς ἱππέας οἷος ἦν τὴν ψυχὴν, ἕως τὸ στρατόπεδον σῶν ἦν.* Bekkerus quidem, *totum hoc* (*κατειλεγμένον εἰς τοὺς ἱππέας*), inquit, *aptius poneretur post illud ἐξέπεμψεν*, sed haud ita multum tribuendum videtur huic opinioni. Si quid video, verba illa longe aptiora sunt eo loco, qui in codice iis est assignatus, quam ibi, ubi collocata vult vir ille doctus.

---

**perativum.** Quam adnotationem, per se illam quidem veram, h. l. tamen mallem omisisset vir doctissimus: siquidem propter praegressum *οὐδέ* imperativo hic nequaquam locus esse potest.

Istis enim verbis καὶ ἐμὲ μὲν εἰς Σικελίαν ἐξέπεμψεν in universum hoc tantum dicit orator, se a patre in Siciliam militandi caussa esse missum: subsequentibus autem, se prius ibi inter equites stipendia meruisse: quo animo autem ibi essem, equitibus adscriptus, donec salvus erat exercitus, videre non poteratis. Proprie quidem verba ita ordinanda erant: ὥστ' εἰδέναι οἷος ἐγὼ κατειλεγμένος εἰς τοὺς ἱππέας ἦν τὴν ψυχήν: sed quia equestri militiae posthac pedestris opponitur, noto Graecismo vv. κατειλεγμέν. εἰς τ. ἱππ. verbo εἰδέναι sunt adiuncta. — Iam sequuntur haec: ἐπειδὴ δὲ διεφθάρη καὶ ἀνεσώθη εἰς [τὴν] Κατάνην, ἠλπιζόμην ὁρμώμενος ἐντεῦθεν. Hic recte Reiskius et Bekkerus tum ἀνεσώθην scripserunt, tum ἠλπιζόμην suadente Tayloro in ἐληϊζόμην mutarunt: nec necesse est uberius et fusius his de mutationibus disseram. Transeo ad reliqua: καὶ ἐπειδὴ Καταναῖοι ἠνάγκαζον ἱππεύειν, ἵππευον καὶ οὐδενὸς οὐδ' ἐνταῦθα κινδύνου ἀπελιπόμην. In his omnino oportet inesse mentionem militiae pedestris, quam antea nondum apte commemorare poterat orator, memorare autem debet, ut supra docui. Igitur verba ἵππευον καί, quae absunt a codice Laurentiano quaeque Bekkerus uncinis circumdedit, plane deleamus et pro ἱππεύειν scribamus ὁπλιτεύειν. Tum demum, puto, locus persanatus erit. „Et quum Catanaei me cogerent pedibus merere, nullum ne hic quidem periculum subterfugi: ita ut inter omnes constaret, quo animo essem et in militia equestri et in pedestri. Denique ante ὑμῖν τοὺς μάρτυρας verba καὶ ὑπὲρ τούτων, quae ut antecedentibus καὶ ὁπλιτεύων non dissimilia a librariis negligentibus omissa sunt, e codice C. inserenda erunt: id quod rectissime iam fecit Bekkerus.

Orat. XXVII. In Epicrat. §. 13. Bk. p. 813. sq. Reisk.

Dicit Orator § pho 12. se augurari, quod toties aliis in caussis sit factum, idem nunc esse futurum, ut prodeant qui deprecentur pro reis. Venient, inquit, municipales et amici Epicrati eiusque sociis deprecatione consulturi: ἐγὼ δ' οὕτως ἀξιῶ γενέσθαι· εἰ μὲν ἀδικεῖν τούτους μηδὲν νομίζουσιν, ἀποδείξαντας ὡς ψευδῆ τὰ κατηγορημένα, οὕτω πείθειν ὑμᾶς ἀποψηφίσασθαι· εἰ δὲ νομίσαντες ἀδικεῖν αἰτήσονται, δῆλον ὅτι τοῖς ἀδικοῦσιν εὐνούστεροί εἰσιν ἢ ὑμῖν τοῖς ἀδικουμένοις, καὶ ἴσως οὐ χάριτος ἄξιοι τυχεῖν ἀλλὰ τιμωρίας, ὁπόταν ὑμεῖς δύνησθε. Dedi ex codice Laurentiano C. καὶ ἴσως. Vulgo legitur ἴσως τ': in qua lectione primus offendit Marklandus. Suasit ut potius legeretur ὥστε et persuasit non modo Reiskio et Augero, verum etiam Bekkero. Mihi contra ἴσως maxime huic loco videtur convenire: habet hic eam asseverationis vim, de qua optime exposuit Hermannus, vir egregius, ad Sophocl. Oedip. Colon. v. 667., suo iure contendens hunc usum pertinere ad illam dicendi figuram, qua omnes linguae, Graeca autem maxime utatur, ut oratio dubitationem prae se ferens voce pronunciantis in asseverationem convertatur. Orator hoc sibi vult: Si illi [deprecaturi], rati Epicratem cum suis deliquisse, pro iis deprecabuntur, eos manifestum est magis favere iis, qui vos iniuria affecerunt, quam vobis iniuria affectis, eosque fortasse (i. e. *profecto*) non gratia esse dignos, sed poena, quam capietis, puto, simulac poteritis. Demosth. in Philipp. I. §. 50. — κἂν μὴ νῦν ἐθέλωμεν ἐκεῖ πολεμεῖν αὐτῷ, ἐνθάδ' ἴσως ἀναγκασθησόμεθα τοῦτο ποιεῖν. Soph. Aiac. v. 982. (1010). Cf. praeterea de ἴσως Reisig. ad Oedip. Colon. Commentat. crit. p. 287. Schaef. ad Long. p. 357. Stallb.

ad Plat. Gorg. p. 473. B. Buttmann. ad Soph. Philoct. v. 180 *).

Orat. XXVIII. In Ergocl. §. 11. Bk. p. 822. Reisk.

*Καίτοι εὖ εἰδέναι χρὴ, ὦ ἄνδρες δικασταὶ, [ὅτι] ὅστις ἐν τοσαύτῃ ἀπορίᾳ τῶν ὑμετέρων πραγμάτων ἢ πόλεις προδίδωσιν ἢ χρήματα κλέπτειν ἢ δωροδοκεῖν ἀξιοῖ, οὗτος καὶ τὰ τείχη καὶ τὰς ναῦς τοῖς πολεμίοις παραδίδωσι καὶ ὀλιγαρχίαν ἐκ δημοκρατίας καθίστησιν.* Hoc in loco omnes omnino editores Stephani monitu propter verba praegressa *εὖ εἰδέναι χρή* ante *ὅστις* coniunctionem *ὅτι* intruserunt: qua in re ab iis dissentio. Negari quidem nequit hanc particulam sequente simili voce *ὅστις* facillime intercidere potuisse: verum hac sola de caussa nemini licet eam intrudere. — At nonne necessaria est? Minime vero. Ut enim saepissime post *εὖ οἶδα, εὖ ἴσθι, εὖ ἴστε*, et similia a probatissimis scriptoribus est omissa, sic hic Lysias si post *εὖ εἰδέναι χρή* non posuit, nullo modo mirum esse potest. Cf. Antiphontis *κατηγορ. φαρ-*

---

*) Etiam a Latinis vocem *fortasse* sic esse usurpatam animadvertit Heindorfius ad Hor. Sat. I, 6, 96.

Nam si natura iuberet
A certis annis aevum remeare peractum
Atque alios legere ad fastum quoscunque parentes:
Optaret sibi quisque; meis contentus honestos
Fascibus et sellis nollem mihi sumere, demens
Iudicio vulgi, sanus f o r t a s s e tuo, quod
Nollem onus, haud unquam solitus portare molestum.

Hic de re, de qua poeta vix dubitare poterat, *fortasse* cum urbanitate quadam dixit: voce autem legentis optime potest caveri ne quis his verbis dubitationem contineri sibi persuadeat. Neque est, cur in Cic. Disput. Tusc. I, 43. *nemo enim moeret suo incommodo: dolent fortasse et anguntur* assensus praebeatur Ernestio, dicenti: C u r *fortasse* i n r e m i n i m e d u b i a ? C r e d o e s s e v i t i o s u m.

μαχ. §. 11. Bk. p. 112. HSt. καίτοι εὖ οἶδά γ', εἰ οὗτοι πρὸς ἐμὲ ἐλθόντες - - ἠθέλησαν τὰ ἀνδράποδα ἃ ἦν αὐτοῖς παραδοῦναι, ἐγὼ δὲ μὴ ἠθέλησα παραλαβεῖν, αὐτὰ ἂν ταῦτα μέγιστα τεκμήρια παρείχοντο ὡς οὐκ ἔνοχοί εἰσι τῷ φόνῳ. ubi Reisk. in dubio se ait relinquere, num sic (εὖ οἶδά γ', εἰ) Antiphon, antiquae, abruptae et inarticulatae dictionis amans, reliquerit an potius id quod planior et aliis usu trita loquendi ratio subiiciat, εὖ οἶδά γ', ὅτι, εἰ. Mihi non dubium est quin Antiphon hic ab usu particulae ὅτι, quippe cuius in nullo libro compareat ullum vestigium, abstinuerit. Plat. Phaed. p. 115. E. εὖ γὰρ ἴσθι, ἦ δ' ὅς, ὦ ἄριστε Κρίτων· τὸ μὴ καλῶς λέγειν οὐ μόνον εἰς αὐτὸ τοῦτο πλημμελές, ἀλλὰ καὶ κακόν τι ἐμποιεῖ ταῖς ψυχαῖς. Hunc locum, ut complures alios ei similes, laudavit Fr. Iacobs. in Addit. Animadvv. in Athen. p. 171. sq. Attulit ex eodem philosopho Apolog. Socr. p. 20. D. εὖ μέντοι ἴστε, πᾶσιν ὑμῖν τὴν ἀλήθειαν ἐρῶ, ubi v. Stallbaum. Ignorabat hunc usum Reisk. in Dionysii Halicarn. Epist. ad Cn. Pomp. p. 4. ed. Krüg. εἰ γάρ τις ἄλλος ἐκπλήττεται ταῖς Πλατωνικαῖς ἑρμηνείαις, εὖ ἴσθι νῦν, κἀγὼ τούτων εἷς εἰμί, pro νῦν coniiciens legendum esse ὅτι. V. Krüg. adnot. Addo Xenoph. Cyrop. II, 18. ἀλλὰ τοῦτο μέν, ἔφη ὁ Κῦρος, εὖ ἴσθι· οὐδ' εἰ πάντες ἔλθοιεν Πέρσαι, πλήθει γε οὐχ ὑπερβαλοίμεθ' ἂν τοὺς πολεμίους: ad quae vv. v. Popp. adnot. Non inepte etiam talia contuleris, Lys. III, 46. ἐκεῖνο ἐνθυμεῖσθε· οὗτοί εἰσιν οἱ βίᾳ εἰς τὴν ἡμετέραν οἰκίαν εἰσιόντες: et quae monuit Popp. ad Cyrop. I, 6, 19.

Orat. XXIX. In Philocrat. §. 4. Bk. p. 829.

*Καίτοι δεινὸν εἰ οἱ μὲν τὰς οὐσίας ἔχοντες ὀλοφυροῦνται τριηραρχοῦντες, οὗτος δὲ οὐδὲν πρότερον κεκτημένος ἐν ἐκείνῳ τῷ χρόνῳ ἐθελοντὴς ὑπέστη ταύτην τὴν λειτουργίαν.* Vehementer hic falsi sunt Reiskius et Augerus, ad vv. τὰς οὐσίας addendum esse statuentes μι-

γίσταις. Non satis attenderunt viri optimi ad articulum vocabulo οὐσίας adiunctum: in quo apertum est hanc inesse vim: *habentes eas opes, quas habere debet qui sumptibus τριηραρχίας subsistere vult.* Haec articuli potestas non raro fugit interpretes. Cf. orat. I. §. 48. — εἰ δὲ μὴ, πολὺ κάλλιον τοὺς μὲν κειμένους νόμους ἐξαλεῖψαι, ἑτέρους δὲ θεῖναι, οἵτινες τοὺς μὲν φυλάττοντας τὰς ἑαυτῶν γυναῖκας ταῖς ζημίαις ζημιώσουσι, τοῖς δὲ βουλομένοις εἰς αὐτὰς ἁμαρτάνειν πολλὴν ἄδειαν ποιήσουσι: ubi non iniuria exagitatur Reiskius, quod inter ταῖς ζημίαις interponendum esse censuit ἐσχάταις vel μεγίσταις. (Adiectum reperitur ἐσχάταις or. XII, 36. — οὐκ ἄρα χρὴ αὐτοὺς καὶ τοὺς παῖδας ὑφ᾽ ὑμῶν ταῖς ἐσχάταις ζημίαις κολάζεσθαι; XXXI, 26. ἄξιον δὲ καὶ τόδε ἐνθυμηθῆναι, ὅτι, εἰ μέν τις φρούριόν τι προὔδωκεν - - -, ταῖς ἐσχάταις ἂν ζημίαις ἐζημιοῦτο —.) Orat. XXX, 27. ἀλλ᾽ ὡς ἐὰν νῦν αὐτοῦ φείσησθε, αὖθις ἀποδώσει τὰς χάριτας; ubi male codice C. omittitur τάς. XXI, 17. ὑμᾶς ἂν ἠξίουν ἐμοὶ δοῦναι τὴν χάριν. XXIV, 27. — ἐγὼ δὲ τούτων ὑμῖν τυχὼν ἕξω τὴν χάριν —. Huc etiam pertinet XIII, 46. ὥστε μηδὲν διαφέρειν τῆς ἐλαχίστης πόλεως τὴν πόλιν. (coll. XXX, 18.) Demosth. Philipp. II. §. 11. ἔστι γὰρ μείζω τἀκείνων ἔργα ἢ ὥς τῷ λόγῳ τις ἂν εἴποι: ubi adeas Bremium. Lucian. Dial. DD. XXV, 2. ἀλλὰ ἐκεῖνός τε ἤδη ἔχει τὴν δίκην. —. Atque hic ultimus locus me monet, ut breviter attingam usum quendam emphaticum vocabulorum, qui, articulo adiecto nullo, apud Lysiam reperitur. Orat. XII, 37. — οἳ οὐδ᾽ ὑπὲρ ἑνὸς ἑκάστου τῶν πεπραγμένων δὶς ἀποθανόντες δίκην δοῦναι δύναιντ᾽ ἄν. Marklandus hic ad δίκην requirit ἀξίαν, ut locutus est Orat. XXVII, 9. XXVIII, 1. etc. Erravit. Vide XII, 84. ἐπειδὴ τοίνυν - δίκην παρ᾽ αὐτῶν οὐκ ἂν δύναισθε λαβεῖν —. XXV, 28. ἡγούμενοι ταύτην δημοκρατίας εἶναι φυλακήν. „*Etiam hic,* inquit Bremius, *Reiskius non attendit ad usum voca-*

*bulorum emphaticum, quum vel μόνην vel μεγίστην, βεβαιοτάτην vel simile addendum censeret.*"

Ibid. §. 6. Bk. p. 831. R. καὶ τὸ μὲν πρῶτον οὗτος οὐ κομιζόμενος παρ' αὐτῶν τὰ χρήματα μηνύειν ἔφη τῇ πόλει. Omnes hoc loco libri manu scripti consentiunt in eo, quod infinitivum praesentis μηνύειν praebent. Futuri autem infinitivum hic requiri exstimans Stephanus in margine editionis μηνύσειν proposuit: quam emendationem Marklando valde probatam adsciverunt Reiskius, Augerus, Bekkerus. Priores illos duumviros Stephano obsecutos esse non miror: Bekkerus autem nollem cum iis fecisset. Innumerabilia enim exempla in probatissimorum scriptorum libris deprehenduntur, in quibus verba *dicendi, sperandi, iurandi* etc. φάναι, φάσκειν, ὁμολογεῖν, ὀμνύναι, similia infinitivum praesentis adiunctum habent, non futuri. Multi sunt in explicando hoc usu Reisig. comment. crit. ad Soph. Oedip. Colon. v. 91. Hermann. ad Elmsleii edit. Eurip. Med. v. 750. Popp. in Prolegom. ad Thucydid. p. 154. Schaef. ad Theocrit. XXVII, v. 60. p. 227. Stallbaum. ad Plat. Crit. p. 52. C. Krüger. ad Xenoph. Anab. I, 3, 7. (ὅτι οὐ φαίη παρὰ βασιλέα πορεύεσθαι ἐπῄνεσαν), cuius praeterea inspice indicem Grammat. in v. *Infinitivus*: alios auctores, qui permulti sunt, ut omittam commemorare. Afferre tantum adhuc liceat locos quosdam ex Lysia aliisque oratoribus petitos. Lys. or. XXXI. in Philon. §. 1. ἐγὼ δὲ ὀμόσας εἰσῆλθον εἰς τὸ δικαστήριον τὰ βέλτιστα συμβουλεύειν τῇ πόλει. Praesens hic tuentur Aldina, cod. Vindebon. et, ut videtur, C. X.: quare reposuit Bekkerus, spreto futuro συμβουλεύσειν, quod, a Stephano profectum, in Reiskii, Augeri, Bremii editiones irrepsit. XXXIII, 7. ὧν ἕνεκα ἐλπὶς ἀθάνατον τὴν ἐλευθερίαν αὐτοὺς κεκτῆσθαι καὶ ἐν τοῖς παρεληλυθόσι κινδύνοις σωτῆρας γενομένους τῆς Ἑλλάδος περὶ τῶν μελλόντων προορᾶσθαι. Reiskius maluit κεκτήσεσθαι, quod temere sus-

cepit Augerus. Demosth. adv. Phaenipp. §. 1. ὤμοσε τὴν ἀπόφασιν δοῦναί μοι τῆς οὐσίας τῆς αὐτοῦ κατὰ τὸν νόμον. Dinarch. in Demosth. §. 69. ὥσπερ ἔφησθα σὺ γράφειν: ubi Reisk. et Bekk., Wolfii vestigia legentes, γράψειν dederunt.

Orat. XXXI. In Philon. §. 34. Bk. p. 891. R.

Perorans Orator, satis haec mihi, inquit, videntur dicta esse, tametsi multa silentio praetermisi, confidens vos, quanquam his omissis, decreturos esse quae e republica sint. οὐ γὰρ ἄλλοις τισὶν ὑμᾶς δεῖ περὶ τῶν ἀξίων ὄντων βουλεύειν τεκμηρίοις χρῆσθαι ἢ ὑμῖν αὐτοῖς, ὁποῖοί τινες ὄντες αὐτοὶ περὶ τὴν πόλιν ἐδοκιμάσθητε. ἔστι γὰρ τὰ τούτου ἐπιτηδεύματα κοινὰ παραδείγματα καὶ πάσης δημοκρατίας ἀλλότρια. Valde interpretes laboraverunt in verbis postremis κοινὰ παραδ. καὶ π. Taylorus pro κοινὰ legi mavult καινά. Reisk. aut hanc emendationem probandam esse arbitratur aut ἄκοινα (*parum civilia, quibus uti publice neque licet neque expedit*) legendum. Augerus in partes transiit Taylori. Bremius cum Bekkero librorum scripturam retinuit, nulla tamen eius explicatione addita. Mihi item vulgata scriptura tuenda videtur. Sententia Oratoris, ni fallor, haec est: Ut cognoscatis qui jure in senatum legendi sint, non aliis quibusdam vos oportet uti argumentis, quam vobismet ipsis. Perpendite modo vobiscum, quali in civitatem fueritis animo, quum probabamini. Haec reputantes vosque cum Philone contendentes reperietis eum omnino non esse dignum qui in senatum veniat. Istius enim studia vitaeque instituta sunt exempla ad omnes, ad universam rempublicam spectantia eaque a democratia plane aliena i. e. eius studia talia sunt, ut ostendant (ὁποῖός τίς ἐστι περὶ τὴν πόλιν) quali sit animo in rempublicam: declarant autem eum plane adversari democratiae. Taylo-

rum postea de simili huius loci interpretatione cogitasse argumento esse possunt quae dixit in Lys. edit. minori, Cantabr. 1740. 8. *Καὶ* h. l. est *et quidem, eaque*: qui usus huius particulae non infrequens est. Demosth. de Rhod. libert. §. 15. *παρὸν αὐτοῖς Ἕλλησι καὶ βελτίοσιν αὐτῶν ὑμῖν ἐξ ἴσου συμμαχεῖν.* Olynth. I. §. 22. *ταῦτα γὰρ ἄπιστα μὲν ἦν δήπου φύσει καὶ ἀεὶ πᾶσιν ἀνθρώποις.* v. Schaef. in Appar. Crit. T. I. p. 214. et 821. T. IV. p. 568. et in Ind. ad Gregor. Corinth. p. 985. etc.

Orat. funebr. §. 23. Bk. p. 84. R.

Celebrat hic Orator Atheniensium virtutem, quam in bello cum Persis gesto exhibuerint. Asiae rex, inquit, praesentibus bonis non contentus Europam sperans se sibi subiecturum esse ingentem hominum multitudinem huc misit. Hi arbitrati, nostram urbem solam si aut volentem sibi amicitia adiunxissent aut invitam in potestatem suam redegissent, facile se reliquis Graecis imperaturos esse, ad Marathonem escenderunt, existimantes, ita Graecos maxime a sociis destitutos oppressum iri, si, Graeciâ ipsa adhuc secum dissidente et de optima hostium depellendorum ratione ambigente, in discrimen adducerentur. Praeterea hanc de nostra civitate opinionem animis imbiberant, si quam aliam urbem prius aggrederentur, sibi cum hac et Atheniensibus decertandum fore: prompte enim eos iniuria affectis opem esse laturos: hos autem si primos invaderent, neminem reliquorum Graecorum studio servandi alios ausurum esse manifestas suscipere inimicitias. *Οἱ μὲν τοίνυν τοιαῦτα διενοοῦντο· οἱ δ᾽ ἡμέτεροι πρόγονοι οὐ λογισμῷ εἰδότες τοὺς ἐν τῷ πολέμῳ κινδύνους, ἀλλὰ νομίζοντες τὸν εὐκλεᾶ θάνατον ἀθάνατον περὶ τῶν ἀγαθῶν καταλείπειν λόγον, οὐκ ἐφοβήθησαν τὸ πλῆθος τῶν ἐναντίων, ἀλλὰ τῇ αὐτῶν ἀρετῇ μᾶλλον ἐπίστευσαν.* Verba *οὐ λογισμῷ εἰδότες* iam antiquitus turbas concivisse,

e varietate lectionis apparet. Ἰδόντες pro εἰδότες praebent codd. G. Leid. Augeri F. Ioann. Barocc. a prima manu, August.; δόντες liber Bekkeri F. Ceteri, in quibus est optimus Laurentianus C., lectionem vulgatam εἰδότες tuentur. Atque hanc ipsam ego reposui, quanquam a multis VV. DD. addubitatam videbam. Marklando hic potius μετροῦντες vel simile quid requiri visum est: Reiskius in adnotatione ad h. l. ad v. λογισμῷ participium χρώμενοι omissum esse statuit. Bekkerus cum uno codice F. scripsit δόντες. Locutionem autem λογισμῷ τι διδόναι quum neque apud scriptorem prosaicum neque apud poetam, cui quidem facilius condonari posset quam oratori, invenire possem, ab eo in editione discessi et vulgatae scripturae patrocinium suscepi. Ex hac autem probam et accommodatam elicere sententiam non erit difficile, modo satis consideremus, particulam negativam οὐ non ante εἰδότες, sed ante λογισμῷ esse collocatam. Huic vero voci quum sequentia verba (ἀλλ' - -) contraposita esse nequeant: mente Oratorem in promptu est aliquid opposuisse. Hoc nihil aliud esse quam πείρᾳ, cuique, spero, statim elucebit. Haud dubie orator sic dicere in animum induxerat: οἱ δ' ἡμέτεροι πρόγονοι οὐ λογισμῷ εἰδότες τοὺς ἐν τῷ πολέμῳ κινδύνους, ἀλλὰ πείρᾳ μὲν (εἰδότες), νομίζοντες δὲ -: (Maiores nostri non ratiocinatione, sed experientia scientes belli discrimina i. e. belli quidem discrimina ipsi experti, putantes vero mortem gloriosam immortalem virorum fortium relinquere famam non metuebant hostium multitudinem, sed sua ipsorum potius virtute confidebant.). Videns autem orationem sic languidiorem fore ac reputans secum, etiam omissis illis πείρᾳ μέν, fore ut verba οὐ λογισμῷ, si recte a loquente efferrentur, probe intelligi possent, revera omisit et perrexit ita: ἀλλὰ νομίζοντες τὴν εὔκλειαν etc. Brachylogia huiusmodi mihi quidem praesertim apud Lysiam ferenda videtur. (Similia

sunt haec exempla: XIX, 15. [δέδωκε] τὴν μὲν Φιλομήλῳ τῷ Παιανιεῖ - τὴν δὲ πένητι γεγενημένῳ οὐ διὰ κακίαν, ἀδελφιδῷ δὲ Φαίδρῳ ὄντι Μυῤῥινουσίῳ - -. VI, 34. ὥσπερ οὐ διὰ πρᾳότητα καὶ ἀσχολίαν τὴν ὑμετέραν οὐ δεδωκὼς ὑμῖν δίκην.) — Οὐ λογισμῷ autem dicit Orator cum laude quadam popularium, distinguens eos ab aliis, qui belli pericula nondum ipsi experti sunt, sed animis tantum sibi fingunt. Ceterum moneo similem interpretationem proposuisse Reiskium in Variet. lect. p. 664.

Orat. funebr. §. 70. Bk. p. 124. R.

Postquam Orator maiores ob virtutem bellicam satis celebravit, transgreditur ad eos laudandos, qui Corinthiis adversus Lacedaemonios opitulantes mortem oppetierant. Hi, inquit, Graeciam ornantes non solum pro sua ipsorum salute periclitari conabantur, verum etiam pro adversariorum salute mori. Lacedaemoniorum enim socios ut in libertatem vindicarent, dimicaverunt. Atque illis sane vita erat miserabilis, mors autem optabilis: hi nostri vero et viventes et mortui beati sunt habendi, quum, in maiorum decoribus et ornamentis educati, adulta aetate illorum gloriam servarent et suae virtutis documenta ederent. Multis enim modis de patria optime meriti sunt, correxerunt quae alii minus bene gesserant, longe autem a finibus bellum amoverunt. ἐτελεύτησαν δὲ τὸν βίον ὥσπερ χρὴ τοὺς ἀγαθοὺς ἀποθνήσκειν· τῇ μὲν γὰρ πατρίδι τὰ τροφεῖα ἀποδόντες, τοῖς δὲ θρέψασι λύπας καταλιπόντες. Particulam γάρ, quae primo adspectu videtur ab hoc loco aliena esse, primus Stephanus expungendam esse statuit: in quam eandem sententiam ceteri editores eo fidentius concesserunt, quum etiam a libris nonnullis manu scriptis voculam illam abesse vidissent. Mihi tamen reducenda visa est: tenent enim Aldina et multi melioris notae codices, ut C. et X., porro M. N. U., alii; et caus-

sa, cur a librariis in aliis omissa sit, nulla alia est, quam ea ipsa, qua inprimis ducti editores eam expunxerunt. Sequitur nullum verbum finitum, ad quod referatur, sed duo participia *ἀποδόντες* et *καταλιπόντες*. Hac vero re ne tenuissimus quidem scrupulus mihi iniicitur: etenim procul dubio ex praegressa enunciatione repetenda sunt verba *ἐτελεύτησαν τὸν βίον*. Plenius sic dixisset Orator: *τῇ μὲν γὰρ πατρίδι τὰ τροφεῖα ἀποδόντες, τοῖς δὲ θρέψασι λύπας καταλιπόντες ἐτελεύτησαν τὸν βίον*. Iam in editione mea ad defendendam particulam attuli locum ex Herodot. l. I. c. 82. ubi leguntur haec verba: *Ἀργεῖοι μέν νυν ἀπὸ τούτου τοῦ χρόνου κατακειράμενοι τὰς κεφαλὰς, πρότερον ἐπάναγκες κομῶντες, ἐποιήσαντο νόμον τε καὶ κατάρην μὴ πρότερον θρέψειν κόμην Ἀργείων μηδένα μηδὲ τὰς γυναῖκας σφι χρυσοφορήσειν πρὶν ἂν Θυρέας ἀνασώσωνται. Λακεδαιμόνιοι δὲ τὰ ἐναντία τούτων ἔθεντο νόμον· οὐ γὰρ κομῶντες πρὸ τούτου, ἀπὸ τούτου κομᾶν*. Rectissime Matthiae. Gr. Gr. §. 556. not. 1. p. 1093. ad verba posteriora ex superioribus repetenda esse dicit *νόμον ἔθεντο*. (*Οὐ γὰρ κομῶντες πρὸ τούτου νόμον ἔθεντο ἀπὸ τούτου κομᾶν*.) Huc etiam pertinet locus Thucydidis I, 25. ab eodem Matthiaeo et a Poppone in Prolegomenis ad Thucyd. p. 148. laudatus. *Κορίνθιοι δὲ κατά τε τὸ δίκαιον ὑπεδέξαντο τὴν τιμωρίαν, νομίζοντες - - ἅμα δὲ καὶ μίσει τῶν Κερκυραίων, ὅτι αὐτῶν παρημέλουν ὄντες ἄποικοι· οὔτε γὰρ ἐν πανηγύρεσι ταῖς κοιναῖς διδόντες γέρα τὰ νομιζόμενα οὔτε Κορινθίῳ ἀνδρὶ προκαταρχόμενοι τῶν ἱερῶν - -*, ubi reprehendendi sunt, quibus particula *γάρ* suspecta fuit. Rectius censent illi duumviri ad participia *διδόντες* et *προκαταρχόμενοι* verbum *παρημέλουν* cogitatione iterandum esse. Adde Antiphont. *κατηγορ. φαρμακ.* §. 25. sq. Bk. p. 618. R. *ἤδη οὖν ἐγὼ ἀξιῶ, ὥσπερ κἀκεῖνον ἀνελεημόνως καὶ ἀνοικτίστως αὕτη ἀπώλεσεν, οὕτω καὶ αὐτὴν ταύτην ἀπολέσθαι ὑπό τε ὑμῶν καὶ τοῦ δικαίου. ἡ μὲν γὰρ ἑκουσίως καὶ βου-*

λεύσασα τὸν θάνατον· ὁ δ' ἀκουσίως καὶ βιαίως ἀπέθανε. Hic ad vv. ἡ μὲν γὰρ - τὸν θάνατον ex praegressis cogitatione adsciscendum est ἀπώλεσε. Possum quidem praeterea complures alios locos, in quibus similis loquendi usus reperitur, commemorare: at, ne longus sim, duorum tantum mentionem inferre placet. Lys. orat. XIX. Pro bonis Aristophanis §. 21. Bk. p. 625. R. ὀλίγα μὲν γὰρ ἦλθον ἔχοντες χρήματα [οἱ πρέσβεις], πολλῶν δὲ προσεδεήθησαν· οὐ γὰρ μόνον εἰς τὰς ναῦς, ἀλλὰ καὶ πελταστὰς ἐμισθώσαντο καὶ ὅπλα ἐπρίαντο. Ad verba εἰς τὰς ναῦς iam Reiskius, *subaudi*, inquit, *a communi* προςεδεήθησαν πολλῶν χρημάτων: rectius etiam Bremius: *ex antecedente* προσεδεήθησαν *assumendum* ἐδεήθησαν. Alter locus est in Andocidis oratione de mysteriis, §. 20. Bk. p. 11. Reisk. καὶ ὁ πατὴρ ἐπείσθη ἀγῶνα τοιοῦτον ἀγωνίσασθαι, ἐν ᾧ δυοῖν τοῖν μεγίστοιν κακοῖν οὐκ ἦν αὐτῷ ἁμαρτεῖν· ἢ γὰρ ἐμοῦ δόξαντος τὰ ὄντα μηνῦσαι κατ' ἐκείνου ὑπ' ἐμοῦ ἀποθανεῖν ἢ αὐτῷ σωθέντι ἐμὲ ἀποκτεῖναι. Utitur his verbis Ludov. Dindorfius in Teubneriana Thucydidis editione ad ostendendum, in historici L. I. c. 33. ἵνα μὴ τῷ κοινῷ ἔχθει κατ' αὐτῶν μετ' ἀλλήλων στῶμεν, μηδὲ δυοῖν φθάσαι ἁμάρτωσιν, ἢ κακῶσαι ἡμᾶς ἢ σφᾶς αὐτοὺς βεβαιώσασθαι, non necessariam esse Schaeferi coniecturam post δυοῖν excidisse ἕν opinantis. Assentior Dindorfio: nec Hermannus in altera Sophocl. Electrae editione ad v. 1312. loci Andocidei immemor fuit. Convenit igitur in eo quoque mihi cum Dindorfio, quod Reiskius et Bekkerus notandi sunt, quorum alter ἑνός, alter θατέρου verbis oratoris δυοῖν τοῖν μεγίστοιν κακοῖν adiici voluerit. Quod autem addit „*nescio an rectius deleturi* [Reisk. et Bekk.] *inutile* γάρ“ minus considerate videtur contendisse. Illa enim particula si hoc in nexu tanquam inutilis tollenda esset: omnibus iis in locis, ubi vim explicandi et illustrandi habet, uti post

pronomina demonstrantiva οὗτος, τοιοῦτος etc. *), delenda foret. At, inquiat quispiam, sequitur hic nullum verbum finitum, ad quod γάρ referatur. Utique non sequitur: facili autem negotio e praegressis verbis peti potest. Quum enim illa δυοῖν τοῖν μεγίστοιν κακοῖν οὐκ ἦν αὐτῷ ἁμαρτάνειν (i. e. *non licebat ei duo summa mala una evitare*) idem significent ac θατέρῳ δυοῖν τοῖν μεγίστοιν κακοῖν περιπίπτειν s. δυοῖν κακοῖν τοῖν μεγίστοιν θάτερον ἑλέσθαι ἀνάγκη αὐτῷ ἐγένετο (ut loquitur Andocides in orat. de reditu §. 7. Bk. p. 78. R. coll. orat. de myster. §. 57.): Orator sensum potius respiciens quam verba ipsa pergit ἢ γὰρ - - h. e. ἢ γὰρ - - - ὑπ' ἐμοῦ ἀποθανεῖν ἢ αὐτῷ σωθέντι ἐμὲ ἀποκτεῖναι ἀνάγκη ἐγένετο s. ἦν.

Antequam ad Lysiam revertar, ad Andocidem delatus non possum non de verbis huius oratoris, quae in vicinia loci modo tractati reperiuntur, paucula dicere. Insunt in §pho 19. ed. Bk. p. 10. R. Τὰ μὲν γενόμενα ἠκούσατε, ὦ ἄνδρες, καὶ ὑμῖν οἱ μάρτυρες μεμαρτυρήκασιν· ἃ δὲ οἱ κατήγοροι ἐτόλμησαν εἰπεῖν, ἀναμνήσθητε. οὐ γὰρ καὶ δίκαιον ἀπολογεῖσθαι ἀναμιμνήσκοντας τοὺς τῶν κατηγόρων λόγους ἐξελέγχειν. Desperatum hunc locum vocat Reiskius, quattuor proponens rationes, quibus emendari queat. Unam earum, in quam eandem Wyttenbachius inciderat, probavit Bekkerus: edidit enim οὕτω γὰρ - ἐξελέγχειν pro οὐ γὰρ - ἐξελέγχειν, uti scriptum legitur in omnibus codicibus. Eandem emendationem secutus est Reiskius in interpretatione latina p. 312. „*Accusatores autem quae dixerint, recordamini. Ita enim par est defendentem se gerere, ut*

*) Cf. Matth. Gramm. p. 1243. Stallbaum. ad Platon. Protagor. p. 134. al. Saepenumero vero etiam enunciationes explicativas nulla particula cum verbis antecedentibus coniungi, nemo ignorat. V. Matth. l. l. p. 1293.

*nempe, cum criminationes accusatorum iudicibus in memoriam revocaverit, tum demum eas refutet.*" Mihi tamen ne hac quidem quamvis tenui et exigua mutatione hic videtur opus esse. Muta tantum punctum post *ἐξελέγχειν* positum in signum interrogationis: recte me statuere videris. Orator tum hoc dicit: quae accusatores dicere sustinuerint, recordemini: nonne enim etiam iustum est (accusatos) se defendere iudicibus accusatorum verba in memoriam revocantes ut refutent? — Demosth. I. Philipp. §. 27. *οὐ γὰρ ἐχρῆν - ταξιάρχους παρ' ὑμῶν, ἱππάρχους παρ' ὑμῶν ἄρχοντας οἰκείους εἶναι;* Xen. Mem. IV, 8, 4. *Οὐ γὰρ δοκῶ σοι τοῦτο μελετῶν διαβεβιωκέναι;* Soph. Oed. R. 1010. *πῶς εἶπας; οὐ γὰρ Πόλυβος ἐξέφυσέ με;* Lucian. Dial. Deor. IV, 2. *τί λέγεις; οὐ γὰρ κατάξεις με ἤδη ἐς τὴν Ἴδην τήμερον;* — His iampridem chartae mandatis forte Sluite[illegible]nes Andocideas evolvens p. 111. legi, de interrogatione h. l. invehenda etiam Luzacium cogitasse. Quod autem idem vir eruditus locum praeterea sic emendandum iudicat: *οὐ γὰρ ἐστὶ δίκαιον ἀπολογεῖσθαι, ἀναμιμνήσκοντα τοὺς τ. κατ. λόγους ἐξελέγχειν;* in eo a me dissentit. — Verbo *ἐστί* facile oratio potest carere: Lys. Orat. in Dardanar. §. 6. - - *εἰ δὲ μὴ, δίκαιον ὑμᾶς καταψηφίσασθαι.* (coll. §. 17. *ἐφ' ὑμῖν γὰρ, ὁποτέροις βούλεσθε πιστεύειν.*) XXX, 9. *δίκαιον γὰρ περὶ τῶν τοιούτων ἀνθρώπων τὰς τοιαύτας κατηγορίας ἀποδέχεσθαι.* Soph. fragm. Phaedr. *οὐ γὰρ δίκαιον, ἄνδρα γενναῖον φρένας τέρπειν.* Aiac. v. 1316. (1345.). - *ἄνδρα δ' οὐ δίκαιον, εἰ θάνοι, βλάπτειν τὸν ἐσθλὸν, οὐδ' ἐὰν μισῶν κυρῇς.* Nec magis opus est numero singulari *ἀναμιμνήσκοντα.* Plurali pariter usus est Lysias XIX, 58. *ἐν οὖν τοσούτῳ χρόνῳ δοκοῦντάς τι ἐξ ἀρχῆς ἔχειν οὐδεμίαν εἰκὸς δαπάνην πεφευγέναι.*

Orat. funebr. §. 13. Bk. p. 72. R. *Ἐπιστρατεύσαντος δ' Εὐρυσθέως μετὰ τῶν ἐκείνῳ τῷ χρόνῳ Πελοπόννησον ἐχόν-*

των οὐκ ἐγγὺς τῶν δεινῶν γενόμενοι μετέγνωσαν, ἀλλὰ - -. Vulgo hic editum est ἐν ἐκείνῳ τῷ χρόνῳ: ego vero praepositionem ἐν delevi, quippe quae neque in Aldina reperiatur et ab optimis libris MSS. absit, C. X. Leid. M. N. U. Atque quanquam negari non potest, Lysiam in eiusmodi locutionibus illam praepositionem plerumque addidisse (ut VII, 27. XII, 73. XXIX, 4. etc.), tamen nonnunquam etiam simplici usus est dativo. Cf. orat. I. de caede Eratosth. §. 42. ἐκείνῃ τῇ νυκτί. Orat. XVII. De pecun. publ. §. 9. τῷ ἔμπροσθεν χρόνῳ. Orat. funebr. §. 16. τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ, ubi cave Marklandum audias praepositionem addi iubentem. In Agorat. §. 10. τῷ προτέρῳ ἔτει. Demosth. in Timocr. §. 150. ταύτῃ τῇ ἡμέρᾳ. Eiusd. orat. adv. Aphob. de fals. testim. §. 49. ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ, quemadmodum recte Dindorfius et Bremius, meliores codices secuti, ediderunt. Male Reisk. et Bekkerus ex August. I. et Parisiensi cod. r praepositionem ἐν receperunt. Cf. Bremii adnot. ad h. l. et Matth. Gr. Gr. p. 742. Etiam alios scriptores modo simplicem dativum de tempore usurpare, modo ei praepositionem ἐν adiungere, vix est quod memorem. Cf. modo Xenoph. Histor. Gr. I, 2, 18. τῷ αὐτῷ χρόνῳ et cap. 3, 5. ἐν τῷ αὐτῷ χρόνῳ. II, 3, 15. τῷ μὲν οὖν πρώτῳ χρόνῳ etc. Hinc apparet, non verum esse, quod Bornemannus ad Xenoph. Conviv. C. IV, §. 1. ἐν τῷ χρόνῳ, ᾧ ὑμῶν ἀκούω, contendit, dici proprie debuisse ἐν ᾧ ὑμῶν ἀκούω.

Lys. orat. adv. Simon. III, §. 47. Bk. p. 163. R.

Facinore aliquo, quod Simon perpetraverat, auditoribus enarrato Orator multa quidem alia eiusmodi sese ait afferre posse, reticere tamen, quum lege sit cautum ne aliena a caussa proferantur. Tum antequam orationem finit, adhuc inculcat iudicibus quae ut ad caussam praesentem pertinentia inprimis tenere eos vult.

Isti, inquit, in nostram per vim irruperunt domum, isti nos insecuti sunt, isti per vim nos e via arripuerunt: ὧν ὑμεῖς μεμνημένοι τὰ δίκαια ψηφίζεσθε καὶ μὴ περιίδητε ἐκ τῆς πατρίδος ἀδίκως ἐκπεσόντα ὑπὲρ ἧς ἐγὼ πολλοὺς κινδύνους κεκινδύνευκα καὶ πολλὰς λειτουργίας λελειτούργηκα κ. τ. λ. Hac in enunciatione ad verba καὶ μὴ περιίδητε Contius et Reiskius pronomen μέ desideraverunt: quid quod hic in editione addidit, imitantibus Bekkero et Bremio. Augerus quidem omisit, sed in Var. Lectt. T. II. p. 523. huius, si Diis placet, negligentiae eum poenitet, omnino necessarium esse pronomen contendentem. Nequaquam hoc demiror. Si enim alios locos, ubi pronomen pers. omissum est, comparamus, apparet, tum plerumque omitti, quum aut Nomen ipsum, de quo agitur, modo nominatum aut certe paullo ante pronomine aliquo satis est indicatum. Itaque nemo offendit in his: Orat. IV, 20. ἐλεήσατέ με καὶ μὴ περιίδητε ἐπὶ τούτῳ γενόμενον. XIX, 64. δέομαι οὖν ὑμῶν - - βοηθεῖν ἡμῖν καὶ μὴ περιιδεῖν ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν ἀναιρεθέντας. Nihilominus tantum abest ut nostro loco pronomen intrudi velim, ut omnino nolim: animadverti enim, Lysiam ibi quoque pronomina personalia omittere, ubi verbis protinus sequentibus planum facit de quo antecedentia velit intelligi. Sic hoc in loco statim sequuntur haec: ὑπὲρ ἧς ἐγὼ πολλοὺς κινδύνους κεκινδύνευκα. Si antea μή με περιίδητε dixisset Orator, hic supersedere poterat pronomen ἐγώ addere. Cf. huius orat. §. 20. Σίμων δ᾽ οὑτοσὶ - τὸν μὲν ἄλλον χρόνον ἡσυχίαν ἦγε δεδιὼς περὶ αὑτοῦ, ἐπειδὴ δὲ δίκας ἰδίας ᾔσθετο κακῶς ἀγωνισάμενον ἐξ ἀντιδόσεως, καταφρονήσας μου οὕτωσὶ τολμηρῶς εἰς τοιοῦτον ἀγῶνά με κατέστησεν. Ad ἀγωνισάμενον cogitando adde ἐμέ: quo carere potest oratio, siquidem mox sequuntur haec: καταφρονήσας μου - με κατέστησεν. Orat. XXXII, 19. ἀξιῶ τοίνυν, ὦ ἄνδρες δικασταί, τῷ λογισμῷ προσέχειν τὸν νοῦν, ἵνα τοὺς μὲν νεανίσκους διὰ τὸ μέγεθος

τῶν συμφορῶν ἐλεήσητε –: ubi ὑμᾶς pronomen ad v. προσέχειν ex sequenti ἐλεήσητε est petendum. XII, 45. τοῦτο γὰρ καὶ ἠπίσταντο, ὅτι ἄλλως μὲν οὐχ οἷοί τε ἔσονταί περιγενέσθαι, κακῶς δὲ πραττόντων δυνήσονται· καὶ ὑμᾶς ἡγοῦντο –: quo in loco ὑμῶν ad vv. κακῶς πραττόντων et propter sequens ὑμᾶς et propter praegressa ἐπεβουλεύεσθε – ψηφίσαισθε – ἔσεσθε omitti poterat. Omnino autem Lysiam pronomen personale libenter omittere etiam ibi, ubi alii scriptores posuissent, vel unius orationis diligens lectio docere potest. Cf. tamen orat. VII, §. 25. αὐτοὺς τοίνυν ὑμᾶς τούτων μάρτυρας παρέξομαι, ἐπιμελομένους μὲν ἑκάστου μηνός, γνώμονας δὲ πέμποντας καθ' ἕκαστον ἐνιαυτόν· ὧν οὐδεὶς πώποτ' ἐζημίωσεν ὡς ἐργαζόμενον τὰ περὶ τὰς μορίας χωρία sc. ἐμέ. ib. §. 20. et 39. XII, 36. τούτους δὲ δή, οἳ ἰδιῶται μὲν ὄντες καθ' ὅσον ἐδύναντο ἐποίησαν ἡττηθῆναι ναυμαχοῦντας sc. ὑμᾶς. IX, 15. (p. 332. R.) παρέβησαν τοὺς ὅρκους, προὔθεσαν δὲ τῷ πλήθει βουλεῦσαι περὶ τοῦ σώματος, ζημιώσαντες μὲν ὡς τὴν ἀρχὴν λοιδοροῦντα, κατολιγωρήσαντες δὲ τοῦ δικαίου, βιαζόμενοι βλάπτειν ἐξ ἅπαντος τοῦ λόγου: ubi Reisk. inter βιαζόμενοι βλάπτειν pron. μέ interponendum esse opinabatur.

In reliqua enunciationis supra indicatae parte Orator sua in patriam merita laudans ὑπὲρ ἧς ἐγὼ πολλοὺς κινδύνους κεκινδύνευκα –, καὶ κακοῦ μὲν αὐτῇ οὐδενὸς αἴτιος γεγένημαι dicit. Pro relativo pronomine in altero membro usus est pronomine αὐτός: quemadmodum saepe loquuntur scriptores Graeci. V. orat. XIX, 14. Ξενοφῶντος ἦν θυγάτηρ τοῦ Εὐριπίδου υἱέος, ὃς οὐ μόνον ἰδίᾳ χρηστὸς ἐδόκει εἶναι, ἀλλὰ καὶ στρατηγεῖν αὐτὸν ἠξιώσατε. XXV, 11. et 30. (οἳ – –, διὰ τούτους δὲ ἄπιστοι τοῖς Ἕλλησι γεγενήμεθα.) XIV, 17. XXXII, 27. XXIV, 6. Schaef. App. crit. ad Demosth. T. I. p. 299. Stallbaum. ad Plat. Phaed. p. 113. C. Voemel. ad Demosth. Olynth. III. p. 137. al.

His addere lubet nonnulla alia, quae de usu pronominum apud Lysiam observavi. Primus autem me ad se convertit locus, qui exstat in orat. III. §. 11. *Κἀγὼ μὲν ᾠχόμην ἐς Πειραιᾶ, οὗτος δ' αἰσθόμενος εὐθέως ἥκοντα τὸν Θεόδοτον καὶ διατρίβοντα παρὰ Λυσιμάχῳ, ὃς ᾤκει πλησίον τῆς οἰκίας ἧς οὗτος ἐμεμίσθωτο, παρεκάλεσέ τινας τῶν τούτου ἐπιτηδείων.* Hic cave ne ab Augero decipiare *τούτου* vitiosum censenti eiusque loco scribenti *αὐτοῦ*. Oratores enim solent, ubi aliquid de reo vel omnino de ea persona, de qua iis maxime est agendum, proloquuntur, pro casibus obliquis pronominis *αὐτός* *), quin etiam pro reflexivo pronomine *αὑτοῦ* uti demonstrativo *οὗτος*: qua re efficere volunt, ut auditores omnino non de ulla alia cogitare possint persona quam de ea ipsa, de qua agitur. Conferas velim Orat. IV. De vuln. praemed. §. 16. *ἔτι δὲ τοὺς μὲν τούτου οἰκέτας ἰδίους ὄντας τούτου εἰ ἐβασανίζομεν, ἀνοήτως ἄν τι τούτῳ χαριζόμενοι - ἐμοῦ κατεψεύσαντο.* In Andoc. §. 3. *δίκαιον οὖν μοι δοκεῖ εἶναι νῦν ἐπὶ τούτῳ τὰ τότε λεχθέντα ἀναμνῆσαι καὶ μὴ μόνον τοὺς τούτου φίλους ὑπὸ τούτου καὶ τῶν τούτου λόγων ἀπόλλυσθαι, ἀλλὰ καὶ αὐτὸν τοῦτον ὑφ' ἑτέρου.* ib. §. 22. *εὖ δ' ᾔδει οὐ δυνησόμενος παραδοῦναι, ὃς διὰ τοῦτον καὶ τὰ τούτου ἁμαρτήματα ἀπέθανεν.* et §. 39. Orat. adv. Famil. de obtrect. §. 2. — *τοῖς δὲ βουλοίμην ἂν δόξαι μηδὲν ἀδικῶν τούτους ὑπὸ τούτων ἀδικεῖσθαι πρότερον. ἀνιαρὸν μὲν οὖν ἀναγκάζεσθαι λέγειν περὶ τούτων.* XIII, 58. Demosth. adv. Aphob. de fals. testimon. §. 7. - *τῶν δ' ὡς πριάμενοι παρὰ τούτου τούτῳ τὰς τιμὰς διέλυσαν*: ubi Bremius: „*nota idem pronomen diverso regimine de eodem homine positum. Refertur enim utrumque ad Aphobum.*" — Porro vid. Lys. orat. XXVIII, 7. *οὕτω*

---

*) Non omnino recte p. 5. versu 22. dixi: „*de οὗτος pronomine h. l. pro αὐτός posito vide quae infra disseremus.*"

γὰρ ἡγοῦνται οὐκέτι τοῖς σφετέροις αὐτῶν ἁμαρτήμασι τὸν νοῦν ὑμᾶς προσέξειν, ἀλλ' ὑπὲρ ὑμῶν αὐτῶν καὶ τῆς πόλεως ὀῤῥωδοῦντας ἡσυχίαν πρὸς τούτους ἕξειν: ubi Orator τούτους dicens eos ipsos intelligit οἳ ἡγοῦνται. XXVII, 2. πεπείρανται γὰρ ὅτι, ὁπότε ἂν οὗτοι καὶ οἱ τούτων λόγοι δοκῶσιν αἴτιοι εἶναι ψηφιεῖσθαι ὑμᾶς πρὸς τὸ δίκαιον, - λαμβάνουσι. Augerus (T. II. p. 168.): „Quum pronomina οὗτοι et τούτων referantur ad nominativum phraseos, hic non conveniunt, et deberet legi αὐτοί et ἑαυτῶν: sed iam animadverti hanc sermonis inconcinnitatem non raram esse apud scriptores Atticos et eius plura apud ipsos exempla occurrere." XIII, 77. πῶς ἂν γένοιτο ἄνθρωπος μιαρώτερος, ὅστις εἰδὼς, ὅτι εἰσί τινες ἐπὶ Φυλὴν τῶν ὑπὸ τούτου (= ὑπ' αὐτοῦ) ἐκπεπτωκότων ἐτόλμησαν etc. XXIV, 3. δῆλός ἐστι φθονῶν, ὅτι - τούτου βελτίων εἰμὶ πολίτης. XXV, 33. ἡγούμενοι νῦν μὲν - -, ἐὰν δ' ὕστερον ὑμῖν δι' ἑτέρων σωτηρία γένηται, τούτους μὲν ἐπιλύσεσθαι, ἐκείνους δὲ μέγα δυνήσεσθαι: ubi quod cod. Laurentianus pro τούτους exhibet, αὐτούς, correctori debetur. (Cf. Antiph. Tetralog. *Α*. *α*. §. 11.) orat. XXXII. in Diogiton. §. 14. ἔτι τοίνυν [ἡ γυνὴ] ἐξήλεγχεν αὐτὸν ἑπτὰ τάλαντα κεκομισμένον ναυτικὰ - -· ἐν γὰρ τῇ διοικήσει - τοὺς παῖδας ἐπιτυχόντας ἐκβεβλημένῳ τῷ βιβλίῳ ἐνεγκεῖν πρὸς ταύτην: ubi Reiskius αὐτήν vel ἑαυτήν requirens non dignus est qui audiatur. Nec magis assentiendum est Schaefero, ad Demosth. orat. II. adv. Boeotum §. 45. Bk. p. 1021. R. κατηγορήσει, ὡς ἐγὼ πυνθάνομαι, οὐ μόνον ἐμοῦ, ἀλλὰ καὶ τοῦ πατρὸς, λέγων ὡς ἐκεῖνος ἐμοὶ χαριζόμενος πολλὰ τοῦτον ἠδίκησεν. in App. Crit. T. V. p. 41. fortasse πολλ' αὐτόν legendum esse coniectanti. Lys. orat. in Alcibiad. I. §. 31. Bk. p. 545. R. καίτοι σφόδρα εἴθισται λέγειν ὡς οὐκ εἰκός ἐστι τὸν μὲν πατέρα αὐτοῦ κατελθόντα δωρεὰς παρὰ τοῦ δήμου λαβεῖν, τοῦτον δ' ἀδίκως διὰ τὴν φυγὴν τὴν ἐκείνου διαβεβλῆσθαι. Marklandus „*scribe* αὐτόν, inquit, *vel* ἑαυτὸν δ' ἀδίκως: *Alcibiades enim*

*de se ipso loquitur.*" Neutiquam: pronomen τούτου rectissime se habet. Adde Andocid. orat. in Alcib. §. 34. Bk. p. 130. R. καὶ μὴν οὐδ' ἂν αὐτὸς ἐπιχειρήσειεν ἀντειπεῖν ὡς οὐ τῶν ἄλλων ἐκεῖνοι παρανομώτατοι ὄντες τούτου σωφρονέστεροι καὶ δικαιότεροι ἦσαν, ubi τούτου redit ad Alcibiadem, ὃς οὐδ' ἂν αὐτὸς ἐπιχειρήσειεν. — Pari modo pronomen ἐκεῖνος saepe usurpatum reperitur. Lys. orat. XIII, 94. καὶ οὕτως ἂν δεινότατα πάντων πάθοιεν, εἰ οἷς ἐπέσκηπτον ἐκεῖνοι ὡς φίλοις οὖσι τιμωρεῖν ὑπὲρ αὐτῶν, οὗτοι ὁμόψηφοι κατ' ἐκείνων τῶν ἀνδρῶν τοῖς τριάκοντα γενήσονται. Hic verbis ἐκείνων τῶν ἀνδρῶν illi ipsi viri, quibus Agoratus mortis auctor fuerat et de quibus antea dicitur καὶ οὕτως ἂν δεινότατα πάντων πάθοιεν, significantur. Cf. §. 93. et 58. καίτοι εἰ ἐκείνοις (i. e. ἐγγυηταῖς) ἐπείθου καὶ ἠθέλησας ἐκπλεῦσαι μετ' ἐκείνων. Orat. funebr. §. 68. τοῖς γὰρ Λακεδαιμονίων συμμάχοις περὶ τῆς ἐκείνων ἐλευθερίας ἐμάχοντο. XII, 71. [Θηραμένης] οὐ πρότερον εἴασε τὴν ἐκκλησίαν γενέσθαι, ἕως ὁ λεγόμενος ὑπ' ἐκείνου καιρὸς ἐπιμελῶς ὑπ' αὐτοῦ ἐτηρήθη -: ubi Markl. et Taylor. ὑπ' ἐκείνων (sc. Λακεδαιμονίων) legi volunt. Perperam. Rectius Reiskius: „*utrumque tam* ἐκείνου *quam* αὐτοῦ *ad eundem Theramenem redit.*" XIII, 91. — τόν τε ποιητὸν πατέρα ἀφείλετο ἃ ἦν ὑπάρχοντα ἐκείνῳ ἀγαθά. (Xenoph. Memorab. I, 2, 8.) XV, 11. καὶ περὶ ὧν οἱ νόμοι διαῤῥήδην οὔτε στρατηγὸν οὔτε ἵππαρχον οὔτε ἄλλον οὐδένα κυριώτερον ἐκείνων ἀποδεικνύουσι. Hic ἐκείνων de legibus est intelligendum: nec necesse est cum Augero ἑαυτῶν scribatur. Hactenus igitur non vocaverim in dubium cum Matthiaeo (Gr. Gr. p. 874.) Monkii emendationem Soph. Ai. v. 1018. κεῖνος τὰ κείνου στεργέτω, quam Hermannus V. S. recepit et interpretatus est sic: „ille homo hanc, quae ipsius sententia est, probet," laudata Erfurdtii adnotatione ad Oed. Reg. v. 264. — Iam sequantur loci, in quibus pronomen οὗτος vel αὐτός praecedit,

deinde ἐκεῖνος sequitur de eadem dictum persona. Orat. XIV, 28. Ἱππόνικος δὲ πολλοὺς παρακαλέσας ἐξέπεμψε τὴν αὑτοῦ γυναῖκα, φάσκων τοῦτον ὡς οὐκ ἀδελφὸν αὐτῆς, ἀλλ' ὡς ἄνδρα ἐκείνης εἰς τὴν οἰκίαν εἰσιέναι τὴν ἑαυτοῦ: ad quae verba Bremius adscripsit haec: „non intelligo, quomodo duplex pronomen de eadem persona recte dici possit. Augerus ἐκείνης delevit ut vitiose abundans.“ Non probandum quod Augerus fecit: fortasse caussa aliqua, cur Lysias duplici illo pronomine hic usus sit, apparebit, si ad aliud quid insolens, quod hoc in loco est, mentem attenderimus. Comparemus eum his cum locis: III, 19. οὐχ ὡς ἀδικούμενοι, ἀλλ' ὡς δεινὰ πεποιηκότες. VII, 39. οὐχ ὡς ἀδικοῦντα ἐλπίζων ἀποδείξειν ἀλλ' ὡς ἀργύριον παρ' ἐμοῦ λήψεσθαι προσδοκῶν. XII, 32. νῦν δέ σου τὰ ἔργα φανερὰ γεγένηται οὐχ ὡς ἀνιωμένου ἀλλ' ὡς ἡδομένου τοῖς γιγνομένοις. XIV, 10. οὕτω γὰρ ἦσαν παρεσκευασμένοι οὐχ ὡς ἀπολουμένης τῆς πόλεως ἀλλ' ὡς σωθησομένης. VI, 34. XXIX, 4. Isocrat. X, 63. Demosth. Mid. §. 127. etc. Liquet, si Hipponicus uxorem dimittens dixisset, Alcibiadem non ut eius fratrem sed ut maritum intrare ipsius aedes, ei dicendum fuisse οὐχ ὡς ἀδελφὸν —. Atqui quum apud Lysiam legatur ὡς οὐκ ἀδελφὸν αὐτῆς, ἀλλ' ὡς ἄνδρα ἐκείνης: manifestum est, Hipponicum per illam modo memoratam occasionem nihil aliud dixisse quam hoc „τοῦτον ὡς ἄνδρα ἐκείνης εἰς τὴν οἰκίαν εἰσιέναι τὴν ἑαυτοῦ.“ Haec igitur Hipponici verba allaturus Lysias incipit τοῦτον ὡς -: iam, antequam ad primaria illa ὡς ἄνδρα ἐκείνης pergat, de suo inserit οὐκ ἀδελφὸν αὐτῆς: quo magis flagitii istius atrocitatem auditoribus ante oculos ponat, revocans iis in memoriam, Alcibiadem fratrem esse istius uxoris Hipponici. Cf. comment. crit. p. 52. sqq. Iam minus, opinor, mirabilis videbitur hoc loco usus utriusque pronominis αὐτός et ἐκεῖνος de eadem persona. Praeterea cf. Xenoph. Memorab.

IV, 1, 1. τοὺς εἰωθότας τε αὐτῷ συνεῖναι καὶ ἀποδεχομένους ἐκεῖνον. Thucyd. I, 132. ἀνὴρ Ἀργίλιος παιδικά ποτε ὢν αὐτοῦ καὶ πιστότατος ἐκείνῳ. Xenoph. Cyrop. IV, 5, 20. ἡνίκα οἱ φίλοι αὐτοῦ τοὺς ἐκείνου ἐχθροὺς ἀπολλύουσιν. Demosth. adv. Lept. §. 68. Κόνωνα σκοπεῖτε, εἰ ἄρ' ἄξιον καταμεμψαμένους ἢ τὸν ἄνδρα ἢ τὰ πεπραγμένα αὐτῷ ἄκυρόν τι ποιῆσαι τῶν ἐκείνῳ δοθέντων: ubi vid. Schaef. adnot. (Appar. Crit. T. III. p. 160.) G. Dindorfius tamen ibi αὐτῷ omisit: non, puto, quia offendebatur pronominibus, sed quod codd. Σ. Υ. Ω. k. r. s. illam vocem omittunt. Cf. etiam Heindorf. ad Platon. Phaed. p. 111. A. Stallb. ad Phaedon. p. 106. B. et ad Protagor. p. 310. D. Ni fallor, Courrierius quoque ad Lucian. Asin. p. 229. hac de re disseruit. Hinc lux afferri poterit Lysiae verbis orat. XXVIII, 13. ὅσοι μὲν ἐλευθερίας καὶ τοῦ δικαίου ἐπιθυμοῦντες - - τῶν ὑμετέρων κινδύνων μετέσχον, οὐ πονηροὺς εἶναι πολίτας οὐδὲ ἀδίκως τούτοις φημὶ ἂν εἶναι ὑπόλογον τὴν ἐκείνων φυγὴν i. e. qui libertatis et iustitiae studiosi - - pericula vestra vobiscum participarunt, eos non malos esse cives dico neque iniuria ipsis exilii, quod toleraverunt (iidem), a vobis rationem haberi. Frustra fuit Marklandus ἀδίκως hic mutans in δικαίως et sententiam ex verbis eliciens hanc: *et affirmo, istorum* (bonorum civium) *fugam his* (improbis) *excusationem nullam iure afferre posse.* Modo non absimili orat. III, 21. Lysias prius αὐτός, exinde οὗτος de eadem persona usurpavit: ἐπειδὴ δὲ αὐτῷ οὐδὲν μέλει τῶν ὅρκων ὧν διωμόσατο, πειράσομαι καὶ περὶ ὧν οὗτος ἔψευσται διδάσκειν ὑμᾶς. cf. etiam §. 22. et initium §phi 23. — Contra non raro pronomine οὗτος in eodem commate diversi ab Oratoribus indicantur homines. Ex Lysiae orationibus unum tantum huius usus nunc praesto mihi est exemplum, orat. XXII, 9. ὡς τοίνυν οὐ συμπριαμένους καταθέσθαι ἐκέλευεν αὐτοὺς - - -, αὐτὸν ὑμῖν Ἄνυτον

μάρτυρα παρέξομαι, καὶ ὡς οὗτος μὲν (Anytus) ἐπὶ τῆς προτέρας βουλῆς τούτους εἶπε τοὺς λόγους, οὗτοι δ' (Dardanarii) ἔτι τῆτες συνωνούμενοι φαίνονται. Luculentiora sunt haec ex Demosthene petita exempla: Orat. de fals. legat. §. 29. Bk. p. 350. init. R. [δεῖ ὑμᾶς] ἐκεῖν' ὁρᾶν, ὅτι, ὅντιν' ἂν ὑμεῖς εἰς ταύτην τὴν τάξιν καταστήσατε καὶ τῶν συμβάντων καιρῶν ἐποιήσατε κύριον, οὗτος, εἴπερ ὥσπερ οὗτος ἐβουλήθη μισθώσας αὑτὸν ἐξαπατᾶν ὑμᾶς —, τῶν ἴσων ἂν αἴτιος ἦν κακῶν ὅσωνπερ καὶ οὗτος. Reiskius: „οὗτος *primum ad illum commentitium, hypotheticum hominem refertur, posterius ad Aeschinem. Verumtamen ne quid dissimulem, durum utique, ut auribus insuave sonans* εἴπερ οὗτος, ὥσπερ οὗτος, *ita menti accidit hoc ambiguum et fallax, ut* οὗτος *in tanta propinquitate de aliis atque aliis usurpetur.*" Delenda igitur censet vocabula εἴπερ ὥσπερ οὗτος. Falso. De ambiguitate illa, quae Reiskio videbatur, rectissime monet Schaeferus, nihil ambigui in iterato pronomine inesse, quum sensum posterioris οὗτος tam vox quam digitus sic indicet, ut nulla dubitatio relinquatur. Laudare poterat vir egregius adnotationem suam ad Demosth. Philipp. IV. §. 59. Bk. p. 147, 5. R. (App. Crit. T. I. p. 650.) ἡγοῦνται γάρ, ἐὰν μὲν - - · ἂν δ' ἀπὸ τῶν πρώτων θορύβων αἰτιασάμενοί τινας πρὸς τὸ κρίνειν τράπησθε, αὐτοὶ μὲν τούτων (i. e. τῶν οἰομένων δεῖν ἑαυτοὺς τὰ βέλτιστα λέγειν ὑπὲρ ὑμῶν) κατηγοροῦντες ἀμφότερ' ἕξειν - - -, ὑμᾶς δ' ὑπὲρ ὧν δεῖ παρὰ τούτων (i. e. τῶν κατηγορούντων) δίκην λαβεῖν, παρὰ τῶν ὑπὲρ ὑμῶν εἰρηκότων λήψεσθαι. Orat. pro Phorm. §. 42. Bk. p. 957, 15. R. οἴομαι μέντοι κάλλιον εἶναι καὶ δικαιότερον τόνδε ἀπὸ τῶν αὑτοῦ λειτουργεῖν ὑμῖν ἢ τούτῳ (Apollodoro) δόντας τὰ τούτου (Phormionis), μικρὰ τῶν πάντων αὐτοὺς μετασχόντας, τόνδε μὲν ἐν ταῖς ἐσχάταις ἐνδείαις ὁρᾶν, τοῦτον δ' etc. I. in Aristogit. §. 14. Bk. p. 773, 28. R. — Porro pronomina οὗτος et ἐκεῖνος non paucis in locis ita usurpata inveniuntur,

ut hoc ad propius nomen, illud ad remotius spectet. Exemplum exstat in Lys. orat. XVI. Pro Mantitheo, §. 7. p. 574. καίτοι πᾶσι ῥᾴδιον τοῦτο γνῶναι, διότι ἀναγκαῖον ἦν τοῖς φυλάρχοις, εἰ μὴ ἀποδείξαιεν τοὺς ἔχοντας τὰς καταστάσεις, αὐτοῖς ζημιοῦσθαι· ὥστε πολὺ ἂν δικαιότερον ἐκείνοις τοῖς γράμμασιν (i. e. τοῖς τῶν φυλάρχων) ἢ τούτοις (i. e. τοῖς ἐν τῷ σανιδίῳ γεγραμμένοις) πιστεύοιτε. V. Markl. Reisk. Brem. ad h. l. Demosth. de Chersones. §. 72. Bk. p. 108. R. — συναυξάνεσθαι δεῖ τὴν πόλιν τοῖς τῶν ἀγαθῶν πολιτῶν πολιτεύμασι, καὶ τὸ βέλτιστον ἀεί, μὴ τὸ ῥᾷστον ἅπαντας λέγειν· ἐπ' ἐκεῖνο μὲν γὰρ ἡ φύσις αὐτὴ βαδιεῖται, ἐπὶ τοῦτο δὲ τῷ λόγῳ δεῖ προάγεσθαι διδάσκοντα τὸν ἀγαθὸν πολίτην. Ἐκεῖνο hic est τὸ ῥᾷστον, τοῦτο autem τὸ βέλτιστον. cf. Schaef. ad h. l. (Appar. Crit. I. p. 541.) Adde Demosth. de coron. trierarch. §. 3. Bk. p. 1228. R. ἐχρῆν μὲν οὖν — τοὺς τὸν στέφανον οἰομένους δεῖν παρ' ὑμῶν λαβεῖν αὑτοὺς ἀξίους ἐπιδεικνύναι τούτου, μὴ ἐμὲ κακῶς λέγειν. ἐπειδὴ δὲ τοῦτο (sc. τὸ ἐπιδεικνύναι αὑτ. ἀξ. τ. στεφ.) παρέντες ἐκεῖνο ποιοῦσιν (sc. τὸ ἐμὲ κακῶς λέγειν), ἀμφότερ' αὐτοὺς ἐπιδείξω ψευδομένους. et Xenoph. Memorab. I, 3, 13. Consulendi etiam sunt Bornemann. ad Xenoph. Conviv. IV, 23. et Gernhard. ad Cic. de senect. c. 19. — Iam vero non praetermittendus videtur usus pronominis αὐτός in cas. obl. pro οὗτος vel ἐκεῖνος praegresso pronomine aliquo relativo. Exempla apud Lysiam multa sunt. Orat. XXVIII, 13, ὅσοι δὲ κατελθόντες ἐν δημοκρατίᾳ τὸ μὲν ὑμέτερον πλῆθος ἀδικοῦσι, τοὺς δὲ ἰδίους οἴκους ἐκ τῶν ὑμετέρων μεγάλους ποιοῦσι, πολὺ μᾶλλον αὐτοῖς προσήκει ὀργίζεσθαι ἢ τοῖς τριάκοντα. In praecedente periodi membro Orator pronomine οὗτος est usus, hic posuit eius loco αὐτός. XXV, 11. ἐγὼ τοίνυν ἡγοῦμαι, ὅσοι μὲν ἐν τῇ δημοκρατίᾳ ἄτιμοι ἦσαν εὐθύνας δεδωκότες - - -, προσήκειν αὐτοῖς ἑτέρας ἐπιθυμεῖν πολιτείας. VI, 45. ὅστις οὖν καὶ πονηρότερος καὶ ἀμαθέστερος Βατράχου ἐστὶ, πάνυ δεῖ ἀγαπητῶς ὑφ' ὑμῶν αὐτὸν σωθῆναι. Antiph. de Cho-

reut. §. 10. *οὔτε ὅστις [οὐκ] ἄλλα κατηγορεῖ ἢ ἃ διώκει ἐν πράγματι τοιούτῳ, πιστεῦσαι δήπου αὐτῷ ἀξιώτερόν ἐστιν ἢ ἀπιστῆσαι.* Andocid. de myster. §. 25. -- *οἳ δὲ ἔφευγον καθ' ἑκάστην μήνυσιν, ἀνέγνων ὑμῖν τὰ ὀνόματα αὐτῶν.* Eiusd. orat. de reditu §. 24. *εἰ γὰρ ὅσα οἱ ἄνθρωποι γνώμῃ ἁμαρτάνουσι, τὸ σῶμα αὐτῶν μὴ αἴτιόν ἐστιν, ἐμοῦ τὸ μὲν σῶμα ταὐτὸν ἔτι ὄν, ὅπερ κ. τ. λ.* Demosth. de Halonnes. §. 45. Bk. — *ὅσοι δ' Ἀθηναῖοι ὄντες μὴ τῇ πατρίδι ἀλλὰ Φιλίππῳ εὔνοιαν ἐνδείκνυνται, προςήκει αὐτοὺς ὑφ' ὑμῶν κακοὺς κακῶς ἀπολωλέναι.* Dem. or. contra Aristocrat. §. 128. Bk. p. 662. extr. R. *νῦν δ', ὑπὲρ οὗ καταχρήσεται τῇ διὰ τοῦ ψηφίσματος πλεονεξίᾳ, οὐκ ἀξιόπιστον οὐθ' ἡμῖν οὔτ' ἐκείνῳ λογιζόμενος αὐτὸν εὑρίσκω:* ubi Schaeferus videtur falsus esse. Quum enim meo quidem iudicio rectissime Reiskius haec adnotasset „*αὐτόν hic loci est pro τοῦτον. Constructio est haec: λογιζόμενος εὑρίσκω τοῦτον οὐκ ἀξιόπιστον* —, *ὑπὲρ οὗ* —. *ἀξιόπιστον et αὐτόν ad Cersoblepten, ἐκείνῳ ad Charidemum redeunt.*", vir ille eruditissimus haec adiecit: „*αὐτός* nusquam est i. q. *οὗτος*. Nec constructionem Reiskius recte expedivit. Scilicet expletum *τὸ ἑξῆς* sic habet: *ὑπὲρ οὗ — πλεονεξίᾳ, τοῦτον οὐκ ἀξιόπιστον — εὑρίσκω. αὐτόν* (illum) iungendum participio *λογιζόμενος*. Quanquam non multum refrager, si quis, ut orationem gravans inutiliter, omissum malit." Adverte adhuc, ex cunctis his locis apparere, *αὐτός* sic usurpatum non initio apodoseos poni. — De more denique Oratorum pronominis *αὐτός* loco vocabulum ipsum, quod modo positum erat, repetendi nunc verba facere non necesse habeo, quoniam in Comment. crit. p. 29. de eo iam disserui.

Orat. IV. de vuln. praemedit. §. 1. Bk. p. 164. R.

Cives duo Athenienses puellam, qua promiscue uterentur, sibi emerant. Rixis postmodo inter eos ex-

ortis alter alterum ad permutationem bonorum et facultatum adegit. (V. Platner. Proc. T. II. p. 108. Böckh. V. Cl. lib. de Oecon. civ. Atheniens. T. II. p. 122.) Gratia tamen amicorum opera inter eos composita uterque alteri reddebat quae ademerat, excepta ista serva, quam ille, adversus quem haec oratio est habita, domi apud se retinebat. Quamobrem denuo controversia facta alter illi vulnera nonnulla inflixit: quapropter *τραύματος ἐκ προνοίας* postulatus, sese defendit hac oratione, sic exorsus: *Θαυμαστόν γε, ὦ βουλή, τὸ διαμάχεσθαι περὶ τούτου, ὡς οὐκ ἐγένοντο ἡμῖν διαλλαγαί, καὶ τὸ μὲν ζεῦγος καὶ τὰ ἀνδράποδα καὶ ὅσα ἐξ ἀγροῦ κατὰ τὴν ἀντίδοσιν ἔλαβε, μὴ ἂν δύνασθαι ἀρνηθῆναι ὡς οὐκ ἀπέδωκε, φανερῶς δὲ περὶ πάντων διαλελυμένον ἀρνεῖσθαι τὰ περὶ τῆς ἀνθρώπου μὴ κοινῇ ἡμᾶς χρῆσθαι συγχωρῆσαι.* *Ἔλαβε — ἀπέδωκε* cum codice Laurentiano C., libro praestantissimo, scripsi. *Ἔλαβε* praeterea M. et O. videntur habere; *ἀπέδωκε* Ald. et Steph. Sententia Oratoris est haec: Mirum certe est, istum de hoc contendere, nos minime in gratiam rediisse, atque quum par boum aratorum, mancipia et quaecunque ex agro secundum bonorum permutationem acceperat, se reddidisse mihi negare nequeat, sed manifesto de omnibus gratia sit composita, tamen una de serva infitiari inter nos convenisse, ut promiscue ambo ea uteremur. Quum vero Reiskius Taylorum, qui *ἔλαβεν* (de Scalig. coniectura) — *ἀπέδωκε* dederat, etiam eo nomine reprehenderet, quod lectionem rei gestae adversantem invexisset: meum erit hoc crimen diluere. Nihil facilius est. Reiskium id puto male habuisse, quod, quum Orator antea referat, actorem omnia mancipia reddidisse, deinde serva illa ab eo ipso retenta esse dicatur. At ista muliercula non est in bonis numeranda, quae aut solus defensor

aut

aut solus actor possidebat: namque utriusque erat. Itaque quum alter alteri bona restitueret, non oportebat actorem illam alteri concedere, sed tantum spondere, se non recusaturum esse quo minus alter ista promiscue cum ipso uteretur. Quanquam actor retinebat exinde, alteri eius usum omnino denegans. Atque id ipsum iam dicit defensor mirandum esse, quum gratiam sese inter et actorem compositam esse ex eo pateat, quod ille omnia bona *κατὰ τὴν ἀντίδοσιν* ablata ipsi restituerit. At aptius certe locutus esset Orator, inquiat quispiam, si hic *ἔλαβον, — ἀπέδωκα* dixisset. Minime. Sic enim facile quis obiicere poterat, quamvis ipse (sc. defensor) actori facultates ablatas restituisset, hunc tamen non idem fecisse neque igitur manifestum esse, alterum ipsi omnino reconciliatum fuisse. Et tametsi deinde sequuntur verba *τὴν δ' αἰτίαν δι' ἣν ἀπέδωκεν ἃ ἔλαβεν οὐκ ἂν ἄλλην ἔχοι εἰπεῖν* (quae non mediocriter confirmant nostram lectionem), tamen aliquis, antequam haec audiat vel legat, dubitare potest: ergo aptius et commodius est, si etiam in priori illo loco Orator tertia utitur persona, *ἔλαβε — ἀπέδωκε*. Quod in editione Bekkeriana legitur *ἔλαβε — ἀπέδωκα*, duplici explicari poteſt ratione. Aut sic: „*eum negare quidem non posse, me .... et quaecunque ex agro abstulerit, reddidisse*“: sed tum plane perversa, ut quivis videt, sententia in his inest verbis. Aut sic: „*eum negare quidem non posse me, quantum ipse ille abstulerit, tantum reddidisse.*“ Talem vero sententiam si Orator his verbis exprimere voluisset, et ad verba *τὸ μὲν ζεῦγος καὶ τὰ ἀνδράποδα* addidisset „*ἃ ἐγὼ ἔλαβον*“ (aut articulum omisisset) et haud dubie ad *ἔλαβε* pronomen *οὗτος* vel *ἐκεῖνος*, ad *ἀπέδωκα* autem pronomen *ἐγώ* adiecisset. Huc accedit, quod sic defensor videretur ex illa bonorum mutatione lucri fecisse, lautiorem accipiens rem quam sua ipsius fuisset. Quod si fuisset, sine ulla dubitatione apertius, nominatim in illis, quae §pho 2. dicuntur, *τὴν δ' αἰτίαν, δι' ἣν ἀπέδωκεν ἃ ἔλαβεν, οὐκ ἂν ἄλλην ἔχοι εἰπεῖν*, indicatum esset.

Ibid. §. 18. Bk. p. 182. R. *Καὶ μὴ ζητεῖτε τούτων ἔτι μείζους πίστεις (οὐ γὰρ ἂν ἔχοιμι εἰπεῖν ἀλλ' ἢ ταύτας) ὡς οὐδὲν εἰς τοῦτον προνοηθῆναι.* Laboraverunt viri docti in infinitivo *προνοηθῆναι*, quem praecedente par-

ticula ὡς non esse ferendum putabant. Itaque Reiskius aut ὡς delendum esse censuit, aut legendum ὡς εἰκός ἐστιν ἐμοὶ οὐδὲν εἰς τοῦτον προνοηθῆναι. Augerus conie- cit προὐνοήθην, quod recipere non dubitavit Bekkerus. Nollem fecisset. Etenim non solum Diodorus Siculus huiusque similes *) post particulas ὅτι et ὡς ita pergunt, ut pro verbo finito substituant infinitivum, verum optimi quoque scriptores. Veluti Lysias noster in orat. in Agoratum, §. 9. Bk. p. 451. R. μετὰ δὲ ταῦτα Θηραμένης ἐπιβουλεύων τῷ πλήθει τῷ ὑμετέρῳ ἀναστὰς λέγει ὅτι, ἐὰν αὐτὸν ἕλησθε περὶ τῆς εἰρήνης πρεσβευτὴν αὐτοκράτορα, ποιήσειν ὥστε —. Hic ego omnium codicum lectionem ποιήσειν revocavi, expulsam a Reiskio, Augero, Bekkero, Bremio, Stephani emendationem ποιήσει amplectentibus. Cf. Isaei orat. de Philoctem. heredit. §. 10. Bk. p. 125. R. ἐπειδὴ δὲ προσδιαμεμαρτύρηκεν ὡς υἱὸν εἶναι γνήσιον Εὐκτήμονος τοῦτον, καὶ ταῦτ'

---

*) Reiskius ad haec Lysiae verba p. 182. „creberrime, inquit, hoc schema Diodorus Siculus usurpat: verum Atticis, si bene memini, haud est frequentatum". et ad Isaeum p. 125. „novi Diodorum Siculum solere ὡς cum infinitivis copulare, verum eius est alia ratio atque Oratorum Atticorum. Trita haec et familiaris homini Siculo si fuit, non eo etiam Attico est imputanda et obtrudenda invito." Videsis Wesselingii adnotat. ad Diodor. Sicul. IV, 26. et cf. Aelian. Var. histor. II, 42. Ἤρετο μέντοι τοὺς ἥκοντας, πῶς ἔχουσι πρὸς τὸ ἴσον ἔχειν ἅπαντες. ἐπεὶ δὲ ἔμαθε παρ' αὐτῶν, ὅτι καὶ πάνυ ἀλλοτρίως, οὐδὲ πείσειν αὐτοὺς τιμᾶν τὴν ἰσονομίαν, ἀπείπατο τὴν πρὸς αὐτοὺς ἐπιδημίαν: ubi Fr. Iacobsius, et Corais πείσει proponentis et sua ipsius coniectura πείσειεν ἂν reiecta, iure meritoque tutatur infinitivum in Darmstadiensibus Ephemerid. scholast. mens. Novembr. anni 1828. p. 1093. Parthen. Erot. ed. Passow. c. XVI. Ἐλέχθη δὲ καὶ περὶ Λαοδίκης ὅδε λόγος ὡς ἄρα, παραγενομένων ἐπὶ Ἑλένης ἀπαίτησιν Διομήδους καὶ Ἀκάμαντος, πολλὴν ἐπιθυμίαν ἔχειν μιγῆναι παντάπασι νέῳ ὄντι Ἀκάμαντι. Hic Legrand. εἶχε pro ἔχειν legendum esse statuebat, recte hacpropter vituperatus a Passowio, cuius legas velim adnotationem ad h. l. p. 65. — Grammaticus, qui Aeschinis vitam scripsit, in edit. Bekk. Berolin. p. 246. v. 10. dicit: συμβαλόντα ὅτι ἐν τῇ πατρίδι ἡττηθεὶς κομιδῇ γ' ἂν ἐπὶ γῆς ἀλλοτρίας διαφθαρῆναι: ubi in errore versatur Reiskius necesse esse putans μέλλει ad infinitivum adiiciatur.

ἀποδείξω ψευδῆ ὄντα. Ad quae verba Reiskius, *sine dubio*, inquit, *aut delendum est ὡς, aut legendum ὡς οἶδεν υἱὸν εἶναι.* Erravit vir optimus: rectissimeque egit Bekkerus, quod, quanquam memoravit priorem coniecturam, eam tamen in ordinem verborum non recepit. Xenoph. Histor graec. VI, 5, 42. ἐλπίζειν χρὴ ὡς ἄνδρας ἀγαθοὺς μᾶλλον ἢ κακοὺς αὐτοὺς γενήσεσθαι. Cyropaed. II, 1, 23. ἆθλα δὲ προὔφηνε τοῖς μὲν ταξιάρχοις ὡς τοὺς κρατίστας δόξαντας τὰς τάξεις παρασκευάσαι χιλιάρχους ἔσεσθαι. Ibid. II, 4, 15. ἀκούω γὰρ ὅτι καὶ συνθηρευτάς τινας τῶν παίδων σοι γενέσθαι αὐτοῦ. Sophocl. Oedip. Colon. v. 375. ed. Reisig. ἤδη γὰρ ἔσχες ἐλπίδ' ὡς ἐμοῦ θεοὺς ὤραν τιν' ἕξειν ὥστε σωθῆναί ποτε; Perlege beati editoris, Viri illius eximii, adnotationem ad h. l. Porro v. Hermann. ad Viger. p. 900. Lobeck. ad Phrynich. p. 772. Matth. Gr. Gr. p. 1058. et quos laudavit Stallbaum. ad Phaed. p. 63. C. Non recte autem Blumius ad Lycurgi verba §. 90. ed. Bk. (Cap. XXI.) καίτοι γε ἐπεχείρησεν εἰπεῖν, ὃ καὶ νῦν ἴσως ἐρεῖ πρὸς ὑμᾶς, ὡς οὐκ ἄν ποτε ὑπομεῖναι τὸν ἀγῶνα τοῦτον συνειδὼς ἑαυτῷ τοιοῦτόν τι διαπεπραγμένῳ., postquam defendit lectionem vulgatam ὑπομεῖναι a Pinzgero ὑπομένειν scribente infinitivumque ex illo, modo a me exposito, Graecorum more explicante, addit haec: „etenim haec semper anacoluthia est, cuius quotquot mihi innotuerunt exempla, ita sunt comparata, ut inter particulam et infinitivum sententiam interiectam legamus, quanquam illam non ubique longam, sed tamen propter quam illud dicendi genus excusationis aliquid habeat. Hoc certe loco perdura illa ratio mihi visa est.“ Immo permulti exstant loci, in quibus inter ὡς et infinitivum nulla interiecta est sententia, verum paucula tantum verba. Intueare illud exemplum ex Oedipo Coloneo allatum. Quin etiam apud Platonem Repl. l. IV. p. 442. HSt., quem locum affert Lobeck., infinitivus statim post ὡς positus conspicitur: ὅταν ὁμοδοξῶσιν ὡς δεῖν ἄρχειν τὸ λογιστικόν. Porro adverte, in illis locis supra transscriptis coniunctiones ὡς et ὅτι excipi ab ipso accusativo ad infinitivum pertinente. Minus recte igitur hic loquendi usus comparatur cum anacoluthiis, quae sententia aliqua interposita exsistunt. Coaluerunt potius hae duae dicendi

rationes legitimae λέγει ὡς (ὅτι) ἔστιν et λέγει εἶναι ita, ut tertia prodiret λέγει ὡς εἶναι. Aptius igitur hunc usum *) contuleris cum illo more Graecorum, ex quo, ubi ipsa verba, quae nescio quis fecit, directa oratione afferuntur, inter haec et verbum dicendi praemissum interserunt coniunctionem ὅτι. His disputatis non vereor ne quis in altero quidem Lysiae loco ex oratione in Agoratum petito propter sententiam inter ὅτι et ποιήσειν insertam infinitivum ferendum esse concedat, neget vero de priori loco ὡς οὐδὲν εἰς τοῦτον προνοηθῆναι. Reliquum est ut paucis attingam locum quendam Demosthenis, qui exstat in orat. in Androtion. §. 61. Bk. p. 612. R. πότερον οὖν οἴεσθε τούτων ἕκαστον μισεῖν καὶ πολεμεῖν αὐτῷ διὰ τὴν εἰσφορὰν ταύτην ἢ τὸν μὲν αὐτῶν ὅτι πάντων ἀκουόντων ὑμῶν ἐν τῷ δήμῳ δοῦλον ἔφη καὶ ἐκ δούλων εἶναι —, τῷ δ' ὅτι παῖδας ἐκ πόρνης εἶναι — ; Damnata omnium librorum manu scriptorum scriptura τῷ δ' ὅτι παῖδας Reiskius de coniectura sua dedit τῷ δὲ παῖδας: quam egregiam dixit Schaeferus in Appar. Critic. T. III. p. 541. eamque susceperunt Bekkerus et G. Dindorfius. Ego a libris non recesserim: ὅτι pendet ab ἔφη (— ἢ ὅτι ἔφη τὸν μὲν — δοῦλον εἶναι —, τῷ δ' ὅτι παῖδας ἐκ πόρνης εἶναι) et accusativus cum infinitivo sequitur iuxta atque in locis supra allatis.

*) Aliter nuper explicuit eum Chr. G. Herzogius in Observationum in nonnullos veterum scriptorum locos particula altera p. 16. sq.

# I N D E X.

(C. significat Commentationem criticam de loc. n. Lys. et Dem., O. Observationes crit. in L. orat.)

---

## CORRIGENDA.

P. 4. v. 11. lege *οὖν* pro *ουν*.
P. 13. v. 20. — *ἢ* pro *η*.
P. 47. v. 26. Verba „Isocratis — *γνῶναι*.“ include uncis.
Ibid. v. 30. lege Lysiae orat I, 6. pro *Orat. I*, 6.
P. 57. v. 14. — *ἀλλότρια* pro *ἀλλότια*.

HALAE, TYPIS ORPHANOTROPHEI.



